325 -

Cxlpp
Cxpxx

Gennadius V 288 (A-262)

# Joannis Meursi

*De*

# REGNO LACONICO

*L I B R I  II.*

*De*

# P I R AE E O

LIBER SINGULARIS.

*Et in*

HELLADII CHRESTOMATHIAM ANIMADVERSIONES.

*Omnia nunc primum prodeunt.*

U L T R A J E C T I.

Apud GUILJELMUM vande WATER, Bibliop. Anno cIɔ Iɔc LXXXVII.

*Viro generis, dignitatis, & virtutis ſplendore illuſtri*

CONSTANTINO CONSTANTINI FILIO HUGENIO SELEMIO

Arauſionenſi Principi a ſecretis.

S. D. P.

*JOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.*

OFfero Tibi, vir nobiliſſime, Joannis Meurſii, viri celeberrimi tres poſtumas lucubrationes, quas acceptas refero



bi-

bibliothecæ Potentiſſimi Regis Suecorum, ex qua illas mecum communicavit, ut olim plures alias, quæ mea cura lucem adſpexerunt, vir ampliſſimus & mihi amiciſſimus, Samuel Pufendorfius. Perſuaſum habeo munuſculum hoc, quamvis ex aliena ſit depromtum arca, tibi non ingratum futurum, qui gentilitium decus, magnis cum erga publicam, tum litterariam rem meritis partam, non modo tueris, ſed pro-

pa-

pagas & amplificas. Nam de magno parente Tuo, qui jam nonagenario major fama ſui fruitur, & quaſi poſteritati ſuae intereſt, de te, tuiſque fratribus vere dici poteſt, quod de Scipione Africano Latinus Hiſtoricus dixit, vos in magna occupationum mole tam elegantes liberalium ſtudiorum, omniſque doctrinae auctores & admiratores eſſe, ut nemo elegantius vobis intervalla negotiorum otio diſpungat. Hinc & Mu-

ſaeum inſtruxiſti rariſſimorum omnis generis librorum, & lectiſſimorum veteris aevi numiſmatum copia, in quod te, ubi curis aulicis defunctus es, tanquam in gratum quendam ſeceſſum recipis, & animum & oculos paſcis. Non nunquam tamen in ſocietatem hujus voluptatis admittis homines, qui his Muſarum deliciis capiuntur. Me ſane iſtam voluptatem non ſemel cepiſſe memini, ſemperque meminero. Hinc

cum

cum me tanta ſis ſemper benevolentia complexus, non potui non hanc occaſionem arripere meam in Te obſervantiam Tibi probandi. Spero facultatem aliquando mihi futuram luculentiore monumento & ſignificatione illam teſtificandi. Vale, Vir Nobiliſſime, & me amare perge. Trajecti. Idibus Novembris cIɔ Iɔc LXXXVI.

JOAN-

# JOHANNIS MEURSI
# REGNUM LACONICUM.

Sive,

*De Regibus Lacedæmoniorum, & ſubjecta his Laconica,*

## CAPUT I.

*Reges Laconicæ antiquiſſimi. Lelex: à quo regio* Λελεγία *dicta. Ejus uxor Cleocharea, ex Najadibus Nymphis una, ſive Peridia. Filii, Myles, Polycaon, Amyclas, & Bomolochus; filia verò, Therapne; à quâ etiam loco nomen: pater, Spartus. Scholiaſtes Euripidis emendatus. Mortuo ſucceſſit Myles, qui molam invenit in Aleſijs. Pauſaniæ locus de eo mutilus indicatus. Uxor ejus, Teledica: & ex illà Eurotas, filius; filia verò Cepedia: quan-*



quam

*quam alii matrem illi Taygetam tribuant. Stephani error. Succeſſit filius, Eurotas: qui ab aliis dicitur L·legis. Ejus mors; & fluvii, qui antea appellabatur Himerus, tranſnominatio: etſi alii aliam aſſignant cauſam. Uxor ejus, Cleta fuit: & ex eà filiæ tres; Sparta, Mecionica, quæ Neptuno Euphemum peperit; ac Tiaſa à quâ fluvio nomen datum. Cleta autem, inter deas eſt relata, idque à genero Lacedæmone; Gratiæque nomine culta, cum Phaënnâ: eique templum à Lacedæmone dedicatum.*

REgibus Athenienſium opere peculiari pertractatis, itidem Lacedæmoniorum reges, ab antiquitate ultimâ repetitos, in lucem producendos duxi. Inter eos omnium occurit primus, LELEX: à quo incolæ Leleges tunc appellati. Pauſanias, in ipſo principio Laconicorum. Λέλεξ, αὐτόχθων ὤν, ἐβασίλευσε πρῶτος ἐν τῇ γῇ ταύτῃ· καὶ ἀπὸ τούτου Λέλεγες, ὧν ἦρχεν, ὠνομάσθησαν. *Lelex, qui indigena erat, primus in hâc terrâ regnavit: & ab eo, quibus imperabat, Leleges ſunt appellati.* Scholiaſtes Euripidis, ad Oreſtem. Λακεδαίμονος πρῶτος ἦρξε Λέλεξ, ἀφ᾽ οὗ καὶ Λέλεγες ὠνομάζοντο. *Lacedæmonis principatum primus tenuit Lelex, à quo Leleges dicebantur.* Et regio ipſa, Λελεγία dicta fuit: uti dixi Antiquit. Lacon. lib. II. cap. XVI. Meminit Lelegis etiam Apollodorus, libro III. & Pauſanias iterum, in principio Meſſenicorum: item Stephanus, in Λακεδαίμων. Uxor ejus, Cleocharea, una ex Naiadibus Nymphis. Apollodorus, libro citato. Ὃς υἱὸς ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθονος, καὶ Νύμφης Νηΐδος, Κλεοχαρείας. *Qui erat filius Lelegis indigenæ, & Nymphæ Naiadis, Cleochareæ.* Scholiaſtæ Euripidis, loco citato, Peridia dicitur: ut oſtendam, in ſequentibus mox verbis. Filii duo illi erant; Myles, atque Polycaon. Pauſanias. Λέλεγος δὲ, γίνεται Μύλης· καὶ νεώτερος, Πολυκάων. *Lelege verò, naſcitur Myles; juniorque, Polycaon.* Mijles, patri mox ſuccedit in regno Laconicæ; quæ Lele-

Lelegia, ſicut dixi, tunc vocata; Polycaon, regnum in Meſſenios tenuit: ut eſt videre apud Pauſaniam, in Meſſenicorum initio. Stephanus, in Λακεδαίμων, etiam Amyclantem memorat: quem alii Lacedæmonis dicunt, uti paulo poſt oſtendam. Scholiaſtes verò Euripidis, in Polycaonis nomine, eſt corruptus: & Bomolochum quoque nominat. Ecce verba, ad Oreſtem. Ἔσχε δὲ (ὁ Λέλεξ) παῖδας ἐκ Περιδίας, Μύλην, πολύκλωνα, Βωμολόχον, Θεράπνην. *Habuit verò Lelex liberos ex Peridiâ, Mylen, Polyclonem, Bomolochum, Therapnen.* Omninò ſcribendum eſt; Μύλην, πολυκάωνα, *Mylen, Polycaonem.* Et obſerva, Peridiam hîc uxorem ejus dici; non, ut ſupra referebam, Cleochaream: tum Therapnen quoque filiam memorari; cujus meminit & Pauſanias, & ab illâ nomen vico datum tradit, iſtis verbis. Θεράπνη δὲ ὄνομα μὲν τῷ χωρίῳ γέγονεν ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. *Therapne verò nomen quidem loco fuit à Lelegis filiâ.* Pater autem, Spartus erat. Indicat Stephanus, in Λακεδαίμων. Ἀπὸ Σπαρτοῦ, τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λέλεγος, τοῦ Σπαρτοῦ. *A Sparto, filio Amyclantis, qui Lelegis, qui Sparti erat.* Monumentum illi poſitum, ceu heroi, in ulteriore viæ Aphetaïdis parte, juxta Jopis, & Amphiarai: ut videre eſt apud Pauſaniam, in Laconicis. Alius verò eſt, ne confundas, cujus idem mentionem ſemel iterumque facit in Atticis ſuis. Lelege verò vitâ functo, regnum ejus excepit MYLES. Pauſanias, in Meſſenicis. Ἀποθανόντος Λέλεγος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν τῇ νῦν Λακωνικῇ, τότε δὲ ἀπ' ἐκείνου Λελεγίᾳ καλουμένῃ, Μύλης μὲν, πρεσβύτερος ὢν τῶν παίδων, ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Mortuo Lelege, qui regnavit in Laconicâ, ut nunc dicitur, ſed ab ipſo tunc Lelegiâ nominatâ, Myles quidem, filiorum natu maximus, principatum tenuit.* Hic molam inveniſſe traditur, in Aleſijs, ita dictis. Pauſanias. Προελθόντι ὡς ἐπὶ τὸ Ταΰγετον, ὀνομάζουσιν Ἀλησίας χωρίον· Μύλητα, τὸν Λέλεγος, πρῶτον ἀνθρώπων μύλην τε εὑρεῖν λέγοντες, καὶ ἐν ταῖς Ἀλεσίαις ταύταις ἀλέσαι. *Taygetum verſus procedenti, vicus eſt, quem Aleſias dicunt: Myletem, filium Lelegis, primum hominum cum molam inveniſſe memorantes, tum & fruges in Aleſijs item hiſce moluiſſe.* Idem Auctor, in principio Laconicorum, cum ſucceſſionem regum omnium accuratè referat, de Myle hoc, patri ſuo ſuccedente, mentionem nullam facit: & omiſſâ ſucceſſionis mentione, obitum memorat. Sed omninò mutilatus, eſt

eſt putandus iſte locus; & exciderint verba illa, quibus de ſucceſſione ejus egerat. Uxor ipſi, Teledica fuit: & ex eâ Eurotas, filius; filia verò, Cepedia. Scholiaſtes Euripidis, loco citato. Τούτων ὁ Μύλης, ἐκ Τηλεδίκης ἴσχει Εὐρώταν, καὶ Κηπηδίαν. *Horum Myles, habuit ex Teledicâ Eurotam, & Cepediam.* Stephanus verò, Taygetam nobis Eurotæ matrem tradit. Ταΰγετον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς· ἀπὸ Ταϋγέτης, τῆς μητρὸς Εὐρώτα. *Taygetum, mons Laconicæ: à Taygetâ, matre Eurotæ.* Ac ſucceſſit patri, EUROTAS. Pauſanias. Μύλητος δὲ τελευτήσαντος, παρέλαβεν ὁ παῖς Εὐρώτας τὴν ἀρχήν. *Poſtquam verò diem Myles obiiſſet, principatum filius Eurotas cepit.* Meminit Eurotæ hujus etiam Apollodorus, lib. III. & Stephanus, in Ταΰγετον. Hic morte ſuâ flumen, ante Himerum dictum, à ſe Eurotam dici fecit. Exſtat Hiſtoria apud Plutarchum, De flum. Ubi de Eurota agit. Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον ἐχόντων, καὶ τὴν πανσέληνον περιμενόντων, Εὐρώτας, ὁ τῶν προειρημένων στρατηγὸς, καταφρονήσας πάσης δεισιδαιμονίας. συνέβαλε τὴν παράταξιν, καίπερ ὑπὸ ἀστραπῶν τε καὶ κεραυνῶν κωλυόμενος. ἀποβαλὼν δὲ τὸ στράτευμα, καὶ λύπῃ σχεθεὶς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Ἵμερον, ὃς ἀπ᾽ αὐτοῦ Εὐρώτας μετωνομάσθη. *Lacedæmoniis bellum contra Athenienſes gerentibus, ac plenilunium exſpectantibus, Eurotas, illorum imperator, ſuperſtitionem omnem aſpernatus, manum conſeruit; quanquam fulgura, fulminaque prohiberent. Sed, exercitu amiſſo, & mærore animi confectus, in Himerum fluvium ſe coniecit: qui ab ipſo mox Eurotas, nomine mutato, dictus.* Pauſanias dicit, ſtagnantem in campis aquam in mare alveo deduxiſſe, atque ita nomen ſuum fluvio impoſuiſſe. Pauſanias, ubi de Eurota verba facit. Οὗτος τὸ ὕδωρ, τὸ λιμνάζον ἐν τῷ πεδίῳ, διώρυγι κατήγαγεν ἐπὶ θάλασσαν· ἀπορρυέντος δὲ, ἦν γὰρ δὴ τὸ ὑπόλοιπον ποταμοῦ ῥεῦμα, ὠνόμασεν Εὐρώταν. *Hic cum ſtagnantem in campis aquam ad mare alveo deduxiſſet, quod fuit aquarum reliquum, amnis inſtar defluens, Eurotan nuncupauit.* Scholiaſtes Euripidis, ad Oreſten. Εὐρώτας δὲ, ἄρξας μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, λιμναζόμενον ἐργασάμενος, καὶ ποταμὸν ποιήσας, Εὐρώταν ὠνόμασεν. *Eurotas verò, qui poſt diluvium regnavit, cum ſtagnantem multo labore coluiſſet, ac fluvium feciſſet, cum Eurotam nominavit.* Apollodorus, non Myletis filium facit, verùm Lelegis, lib. III. Λακεδαίμονος δὲ, καὶ Σπάρτης, τῆς Εὐρώτα ὃς ἦν

ἀπὸ

ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθονος. *Lacedæmonis verò, & Spartæ, filiæ Eurotæ, qui indigenæ Lelegis filius.* Uxorem verò, Cletam habuit: & ex eâ, filiam Spartam. Scholiaſtes Euripidis, loco citato. Οὗτος (ὁ Εὐρώτας) ἐκ Κλήτης ἴσχει θυγατέρα Σπάρτην. *Hic (Eurotas) è Cletâ habet filiam Spartam.* Sed & altera ejus filia memoratur, Mecionica: quæ ex Neptuno filium Euphemum peperit. Scholiaſtes Pindari Pyth. Od. IV. Ὁ δὲ Εὔφημος, παῖς Ποσειδῶνος ἦν, καὶ Μηκιονίκης, τῆς Εὐρώτα θυγατρός. *Euphemus verò, filius Neptuni erat, & Mecionicæ, Eurotæ filiæ.* Erat item tertia quædam, nempe Tiaſa: à quâ fluvius Tiaſa accepit nomen. Pauſanias. ἐς Ἀμύκλας δὲ κατιοῦσιν ἐκ Σπάρτης, ποταμός ἐστι Τίασα. θυγατέρα δὲ νομίζουσιν εἶναι τοῦ Εὐρώτα τὴν Τίασαν. *Spartâ verò Amyclas deſcendentibus, Tiaſa occurrit fluvius: Tiaſamque filiam Eurotæ putant.* Cleta verò, poſteà inter deas habita: & exſtruxit ei fanum, ſicut etiam Phaënnæ, Lacedæmon, uti ſocrum honoraret: ac nominibus Gratiarum hanc, & illam, conſecravit. Pauſanias. Καὶ πρὸς αὐτῇ (τῇ Τιάσῃ) Χαρίτων ἱερὸν, Φαέννας, καὶ Κλήτας, καθὰ δὴ καὶ Ἀλκμὰν ἐποίησεν. ἱδρύσασθαι δὲ Λακεδαίμονα Χάρισιν ἐνταῦθα ἱερὸν, καὶ θέσθαι τὰ ὀνόματα, ἡγοῦνται. *Proximum verò ipſi (Tiaſæ) Gratiarum eſt fanum, Phaënnæ, ac Cletæ: ut & in poëmate ſuo Alcman dicit. Arbitrantur autem, Lacedæmonem fanum illud Gratiis conſtituiſſe, nominaque impoſuiſſe.* Et hæc quidem in Laconicis: iterum verò alio loco, in Bœoticis. Λακεδαιμόνιοί γε εἶναι Χάριτας δύο, καὶ Λακεδαίμονα ἱδρύσασθαι τὸν Ταϋγέτης φασὶν αὐτάς· καὶ ονομα θέσθαι, Κλήταν, καὶ Φαένναν. *Lacedæmonii duas eſſe gratias dicunt; ac Lacedæmonem, Taygetæ filium, eas dedicaſſe: tum & Cletam, ac Phaënnam, nominaſſe.*

# CAPUT II.

*Succedit Eurotæ Lacedæmon, gener; & urbem Spartam, ab uxoris nomine, dicit; ut à ſuo, regionem Lacedæmonem; à Taygetæ verò matris nomine, Taygetum montem. Erat autem filius Jovis, ex Taygetâ, Atlantis filiâ: vel, ut alii tradunt, Semelâ. Filium, Amyclam habuit, ſucceſſorem; filiam verò, Eurydicen, Acriſio nuptam: quæ Junoni Argivæ templum dedicavit. Alter quoque illi filius ex Taygetâ memoratur, nomine Himerus; uti filia, Cleodice: quam cum Himerus vitiaſſet, animi mœrore actus, deſilit in Marathonem illic flumen, Himerum deinde ab ipſo nominatum. Vitâ functo filius ſuccedit, Amyclas: & de ſuo nomine Amyclas condit. Stephani locus reſtitutus. Uxor illi, Diomeda. Scholiaſtes Nicandri emendatus. Filii verò, quatuor erant; Argalus, Cynortas, Leucippus, & Hyacinthus: quem nonnulli, Oebali dicunt; alii, Veneris, & Adonidis. Filia, una, Daphne dicta: quæ in laurum tranſmutata fabuloſè memoratur.*

Vitâ autem functo Eurota, regnum accepit LACEDÆMON, ejus gener: qui uxorem Spartam duxerat, ejus filiam. Et hic nomen regioni, hactenus Lelegiæ dictæ, à ſe dedit: ſtatuitque, ut Lacedæmon diceretur; ſicut urbs quoque Sparta, ab uxore. Pauſanias. Οὐκ ὄντων αὐτῷ (τῷ Εὐρώτῃ) παίδων ἀρρένων, βασιλεύειν καταλείπει Λακεδαίμονα, μητρὸς μὲν Τηϋγέτης ὄντα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὄρος ὠνομάσθη, ἐς Δία δὲ πατέρα ἀνήκοντα κατὰ τὴν φήμην· συνῴκει δὲ ὁ Λακεδαίμων Σπάρτῃ, θυγατρὶ τοῦ Εὐρώτα. Τότε δὲ, ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, πρῶτον μὲν τῇ χώρᾳ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις, μετέθετο ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ ὀνόματα·

ὀνόματα· μετὰ δὲ τοῦτο, ᾤκησέ τε καὶ ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς γυναικὸς πόλιν, ἣ Σπάρτη καλεῖται καὶ ἐς ἡμᾶς. *Cum autem* (*Eurotas*) *liberos maſculos non haberet, regnum reliquit Lacedæmoni: cujus mater, Taygeta erat, a quâ mons denominatus; pater, Jupiter ferebatur. Uxorem verò habebat Spartam, Eurotæ filiam. Poſtquam autem principatum accepiſſet, primò quidem regionem, incolaſque, à ſuo nomine appellavit: inde urbem pariter condidit; & de nomine uxoris Spartam dixit, ſicut etiamnum vocatur.* Scholiaſtes Euripidis, in Oreſten. Οὗτος (ὁ Εὐρώτας) ἐκ Κλήτης ἴσχει θυγατέρα Σπάρτην· ἣν ἀγαγόμενος Λακεδαίμων, ὁ ταύτης ἄρξας, τοὺς μὲν Λέλεγας Λακεδαιμονίους, τὸ δέ ὄρος Ταΰγετον, καὶ πόλιν, ἣν ἔκτισε, Σπάρτην ὠνόμασε. *Hic* (*Eurotas*) *ex Cletâ habet filiam Spartam: quam uxorem Lacedæmon, qui tunc principatum tenebat, cum duxiſſet, Lelegas quidem Lacedæmonios, montem Taygetum, ac, quam condidit urbem, Spartam appellavit.* Meminit ejus Stephanus, in Ἀμύκλαι, & Λακεδαίμων; Apollodorus, lib. III; & Scholiaſtes Apollonii, lib. IV. Hic eſt, puto, qui Cedreno Lacon dicitur, & Laconicæ à ſe nomen regioni poſuiſſe: etiam Lapathi, regis tunc Europæ Filius; ac regnaſſe per tres & triginta annos, ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τῶν Κριτῶν, ἐβασίλευσε τῆς Εὐρώπης Λάπαθος· ἔσχε δὲ δύο υἱοὺς, Ἀχαιὸν, καὶ Λάκωνα. τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς, εἰς δύο κατεμερίσθη ἡ ἀρχή. ὁ τοίνυν Λάκων, τὴν ἡμίσειαν χώραν λαχὼν, Λακωνικὴν ἐκάλεσεν· ἧς τριάκοντα τρεῖς χρόνους βασιλεύσας, ἔκτισε πόλιν παράλιον, τὴν Γαθυνίαν. *Iiſdem judicum temporibus, regnum Europæ tenuit Lapathus. Habuit verò duos filios; Achæum; & Laconem. Mortuo autem patre, principatus in duas partes eſt diviſus. Lacon itaque, dimidiam regionem ſortitus, eam Laconicam appellavit: in quâ cum regnaſſet annos triginta tres, Gathyniam condidit, urbem maritimam.* Erat verò hic Lacedæmon, Jovis ex Taygetâ filius: ut Pauſanias, in Laconicorum initio; Apollodorus, lib. III; Hyginus, Fab. CLV; Euripidis Scholiaſtes, ad Oreſten. Et Dictys, lib. I. Euſebius, matrem Semelen tribuit, iſtis verbis, interprete Hieronymo. *Lacedæmon condita à Lacedæmone, Semelæ filio.* Quæ transſcripſit totidem verbis Marianus Scotus, Chron. lib. I. æ III. Bartholemæus Anglicus, De proprietatibus rerum, lib. XV. cap. LXXXVI. *Lacedæmonia, quæ alio nomine dicitur Spartania, in finibus Græciæ juxta Thraciam eſt provincia, in Europâ: cujus habitatores*

*res dicuntur Lacedæmones, à quodam Lacedæmone, Semeles filio.* Filium habuit, Amyclam; qui ſucceſſit, ut mox dicam: item filiam, Eurydicen Acriſio nuptam, quæ Junonis Argivæ templum condidit. Meminit Pauſanias alibi, in Laconicis. Τοῦ δὲ ἡρώου λόφος ἐστιν οὐ πόῤῥω, καὶ Ἥρας ἐπὶ τῷ λόφῳ ναὸς Ἀργείας. ἱδρύσασθαι Εὐρυδίκην φασὶ, Λακεδαίμονος θυγατέρα, Ἀκρισίου δέ γυναῖκα. *Ab heroico verò illo monumento non longè eſt tumulus, & in eo Junonis Argivæ fanum, dedicaſſe autem ajunt Eurydicen, Lacedæmonis filiam, Acriſii verò uxorem.* Idem refert etiam Apollodorus, lib. II. & III. Habuiſſe quoque filium Himerum dicitur, filiamque Cleodicen, ex Taygetâ Nymphâ: Himerumque, cum ſororem vitiaſſet, animi mærore adactum, ſe in Marathonem inde fluvium præcipitaſſe: qui ab illo Himerus ob eam cauſam appellatus. Plutarchus, lib. De flum. ubi de Eurota agit. Ἵμερος, Ταϋγέτης Νύμφης, καὶ Λακεδαίμονος, παῖς, διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης κατ᾽ ἄγνοιαν ἐν παννυχίδι τὴν ἀδελφὴν Κλεοδίκην βιασάμενος ἔφθειρεν. τῇ δὲ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν κατηχηθεὶς περὶ τῶν συμβεβηκότων, καὶ ἀθυμήσας, διὰ λύπης ὑπερβολὴν, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Μαραθῶνα, ὃς ἀπ᾽ αὐτοῦ Ἵμερος μετωνομάσθη. *Himerus, Taygetæ Nymphæ, & Lacedæmonis, filius, ob iram Veneris, inſcius in pervigilio quodam ſororem Cleodicen violavit. Poſtridiè verò factum dolens, abjecto animo, ob mæroris magnitudinem, in Marathonem fluvium, qui ab eo Himerus denominatus, ſe coniecit.* Mortuo verò Lacedæmone, AMYCLAS filius regnum accepit: qui de ſuo nomine Amyclas condidit. Pauſanias. Ἀμύκλας δὲ, ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος ὑπολιπέσθαι τι καὶ αὐτὸς ἐς μνήμην, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Amyclas verò, Lacedæmonis filius, cupiens & ipſe aliquod ſui momumentum relinquere, oppidum condidit in Laconicâ.* Intelligit autem Amyclas, quas non exprimit. Sed diſertè Stephanus dicit. Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατὸν πόλεων· ἣν Ἀμύκλας, ὁ Λακεδαίμονος παῖς, ἔκτισε. *Amyclæ, urbs Laconica, una de centum urbibus: quam Amyclas condidit, Lacedæmonis filius.* Eadem Euſtathius dicit, ad Iliad. β΄. & Dionyſium. Periegetam, Lacedæmonis verò filium Amyclam, dicit & Apollodorus, lib. III. Λακεδαίμονος δὲ, καὶ Σπάρτης τῆς Εὐρώτα, Ἀμύκλας. *Lacedæmonis verò, & Spartæ, filiæ Eurotæ, Amyclas.* Et Dictys, lib. I. *Agapenoris porro, Taygetam: eamque ex Jove habuiſſe Lacedæmonem, ex quo*

*Amy-*

*Amyclam natum.* Apud Stephanum, non rectè Lelegis filius dicitur, in Λακεδαίμων. Ἀπὸ Σπαρτοῦ, τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λέλεγος. *A Sparto, filio Amyclantis, qui Lelegis erat.* Sed omninò mutilus locus, atque ſic reſtituendus. Τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λακεδαίμονος, τοῦ Εὐρώτα, τοῦ Μύλητος, τοῦ Λέλεγος. *Amyclantis filio, qui Lacedæmonis, qui Eurotæ, qui Myletis, qui Lelegis.* Certè Lacedæmonis filium, etiam ipſe in citatis verbis dicit, in Ἀμύκλαι: ubi Amyclas condidiſſe eum refert. Uxor illi, Diomeda. Indicat Nicandri iſtud Scholiaſtes, ad Theriaca. Ὑάκινθος, υἱὸς ἦν Ἀμύκλου, καὶ Διομήδης. *Hyacinthus, filius erat Amyclæ, & Diomedæ.* Ita ſcribo: malè editur, Ἀμυκλαίου. *Amyclæi.* Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. I. cap. XI.

Ὑάκινθος, Κυνόρτου μὲν ἦν ἀδελφὸς ὡραῖος.
Υἱὸς Ἀμύκλου δὲ πατρὸς, μητρὸς τῆς Διομήδης.

*Hyacinthus, Cynortæ quidem frater erat formoſus;*
*Filius verò Amyclæ patris, & matris Diomedæ.*

Et Apollodorus, lib. III. Ἀμύκλου δὲ, καὶ Διομήδης, τῆς Λαπίθου, Κυνόρτης. *Amyclæ verò, & Diomedæ, Lapithæ filiæ, Cynortes.* Ubi illud quoque obſerva, eam Lapithæ fuiſſe filiam. Filii autem, fuere quatuor: Argalus, Cynortes, Leucippus, & Hyacinthus, natu inter omnes minimus. Ex his Argalus, & Cynortas, patri in regno, ſuo ordine, ſucceſſerunt, ut mox dicam. Leucippi verò meminit Ariſtides Mileſius; libro de Cnido, cujus hoc fragmentum exſtat apud Scholiaſten Pindari, ad Pyth. Od. III. Ἀσκληπιὸς, Ἀπόλλωνος παῖς, καὶ Ἀρσινόης. αὕτη δὲ, παρθένος οὖσα, ὠνομάζετο Κορωνίς· Λευκίππου δὲ θυγάτηρ ἦν, τοῦ Ἀμύκλα, τοῦ Λακεδαίμονος. *Æſculapius, Apollinis filius, & Arſinoæ. hæc verò, cum virgo eſſet, Coronis appellabatur. Erat verò filia Leucippi, filii Amyclæ, qui Lacedæmonis.* Ultimus autem, Hyacinthus, ab Apolline adamatus, & occiſus imprudenter. Pauſanias, ubi de Amycla verba facit. Γενομένων δὲ οἱ παίδων, Ὑάκινθον μὲν, νεώτατον ὄντα, καὶ τὸ εἶδος κάλλιστον, κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη πρότερον τοῦ πατρός. *Cum verò ei filii eſſent, Hyacinthum, natu minimum, & pulcherrimum, ante patrem*

*mors eripuit.* Amyclæ filium, dicit & Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. I. cap. XI.

Ὑάκινθος Κυνόρτον μὲν ἦν ἀδελφὸς ὡραῖος,
Υἱὸς Ἀμύκλον δὲ πατρὸς, μητρὸς τῆς Διομήδης,
Ἐκ γῆς ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν Λακώνων Ἀμυκλαίων.

*Hyacinthus Cynortæ quidem erat frater formoſus,*
*Filius verò Amyclæ patris, matris Diomedæ,*
*Ex terrâ virorum nobilium Laconum Amyclæorum.*

At Philoſtratus junior, in imagine Hyacinthi, filium eum Oebali dicit, qui Amyclæ ex Cynorte filio nepos. Οὐκοῦν ὁ μέν Ὑάκινθος εἶναι φησὶν ὁ Οἰβάλου. *Itaque hic quidem ſe Hyacinthum eſſe dicit, Oebali filium.* Eodem modo Lucianus, in Dialogo Mercurii, & Apollinis. 'ΑΠ. Ἀλλ' ἐρώμενον πενθῶ τὸν Λάκωνα, τὸν Οἰβάλου. ἘΡ. Τέθνηκε γὰρ, εἶπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; 'ΑΠ. Καὶ μάλα. ΑΡ. *Sed amaſium lugeo Laconem, Oebali filium.* MERC. *Mortuuſne enim eſt, dic mihi, Hyacinthus?* AP. *Atque admodum.* Apollodorus, Veneris illum & Adonidis filium facit, lib. I. Ὠνείδισε γὰρ αὐτῇ (τῇ Ἀφροδίτῃ) τὸν τοῦ Ἀδώνιδος ἔρωτα· συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ὑάκινθον. *Exprobravit enim ipſi (Veneri) amorem Adonidis: cum quo poſtquam coiiſſet, filium peperit Hyacinthum.* Erat etiam filia Amyclæ, Daphne quæ amata ab Apolline, & in laurum commutata, fabuloſè memoratur. Meminit ejus Plutarchus, in Agide. Ὁ δὲ Φύλαρχος, Ἀμύκλα θυγατέρα, Δάφνην τοὔνομα, φησὶν, ὑποφεύγουσαν Ἀπόλλωνα, βουλόμενον αὐτῇ μιγῆναι, καὶ μεταβάλλουσαν εἰς τὸ φυτὸν, ἐν τιμῇ τοῦ θεοῦ γενέσθαι, καὶ μαντικὴν λαβεῖν δύναμιν. *Phylarchus verò dicit, Amyclæ filiam, nomine Daphnen, cum Apollinem, ſtuprum intentantem, fugeret, in plantam verſam, à deo honoratam fuiſſe, & vaticinandi peritiam accepiſſe.* Parthenius, Erot cap. XV. περὶ δὲ τῆς Ἀμύκλα θυγατρὸς τάδε λέγεται Δάφνης. *De Amyclæ autem filiâ Daphne hæc feruntur.*

C A-

# CAPUT III.

*Succedit patri Amyclæ Argalus, etiam Agigæus dictus. Pauſaniæ locus reſtitutus. Ejus filius, Derites. Argalo ſuccedit Cynortes; ejus frater, ex Diomedâ, Lapithæ filiâ. Poſt hunc, Oebalus regnavit, ejus filius: ſive, ſicut alii volunt, nepos, ex Periere. Apollodori, & Pauſaniæ, diſſidium. Liberi ejus: & in iſtis, filiæ, Pirene, & Arene: de quâ Scholiaſtes Euripidis, & Euſtathius, emendati. Arene, Aphareo nupta: qui de illâ urbem Arenen nominavit. Oebali monumentum, ubi fuerit.*

VItâ autem functo Amycla, ſucceſſit ARGALUS, filiorum natu maximus. Pauſanias. Ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα, ἐς Ἄργαλον, τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀμύκλα παίδων, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, Ἀργάλου τελευτήσαντος, ἀφίκετο ἡ ἀρχή. *Mortuo autem Amycla, ad Argalum, inter filios Amyclæ natu maximum, ac deinde ad Cynortam, poſtquam Argalus deceſſiſſet, regnum devenit.* Emendandus verò idem, in Achaicis. Ὁ δὲ Ἄμπυξ, Πελίου, τοῦ Αἰγινήτου, τοῦ Δηρείτου, τοῦ Ἀργάλου, τοῦ Ἀμύκλα, τοῦ Λακεδαίμονος. *Ampyx verò filius erat Peliæ Æginetæ, qui Deritæ, qui Argali, qui Amyclæ, qui Lacedæmonis.* Hodiè non rectè editur, τοῦ Ἁρπάλου. *qui Harpali.* Fuit idem Agigæus appellatus. Heſychius. Ἀγιγαῖος, Ἄργαλος καλεῖται παρὰ Λάκωσιν, ὁ Ἀμύκλαντος υἱός. *Agigæus, Argalus vocatur apud Lacedæmonios, Amyclantis filius.* Filius illi fuit, Derites; ut videmus in citatis proximè Pauſaniæ verbis, quæ correxi. Sed videtur diem ille ante patrem obiiſſe: quâ de cauſâ etiam CYNORTAS frater regnum accepit. Clarum ex Pauſaniæ verbis, jam prolatis. Ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα, ἐς Ἄργαλον, τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀμύκλα παίδων, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, Ἀργάλου τελευτήσαντος, ἀφίκετο ἡ ἀρχή. *Mortuo autem Amycla, ad Argalum, inter filios Amyclæ natu maximum,*



*ximum,*

*ximum, ac deinde ad Cynortam, regnum devenit, poſtquam Argalus deceſſiſſet.* Et ſepulcrum idem ejus refert poſteà. Πλησίον δέ ἐστι μὲν Κυνόρτου, τοῦ Ἀμύκλου, τάφος. *In propinquo verò quidem eſt Cynortæ, Amyclæ filii, ſepulcrum.* Erat autem Amyclæ filius ex Diomedâ, Lapithæ filiâ. Id Apollodorus docet, lib. III. Ἀμύκλου δέ, καὶ Διομήδης, τῆς Λαπίθου, Κυνόρτης. *Amyclæ verò, & Diomedæ, Lapithæ filiæ, Cynortes.* Amyclæ eum eſſe filium, dicit etiam lib. I. Πολλοὶ δὲ τὸν Περιήρην λέγουσιν οὐκ Αἰόλου παῖδα, ἀλλὰ Κυνόρτα, τοῦ Ἀμύκλα. *Multi autem Perieren dicunt non Æoli eſſe filium, ſed Cynortæ, Amyclæ filii.* Huic ſucceſſit filius, OEBALUS. Pauſanias. Κυνόρτα δέ, ἐγένετο Οἴβαλος. *Cynortæ verò, Oebalus fuit.* Non dicit quidem, regnum eum tenuiſſe; ſed hoc alii nos docent. Lutatius, ad Theb. lib. II. *Oebaliosque. Accipiamus Laconicos: Oebalus enim, rex Laconum fuit.* Euſtathius, ad Iliad. β'. Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους, ἦρχε Λακεδαιμονίων. *Oebalios, filius Perieris, imperavit Lacedæmoniis.* Corruptum eſt illius nomen apud Scholiaſten Euripidis, ad Oreſten. Βάλου, τοῦ Περιήρους, παῖδες οὗτοι, Τυνδάρεως, Ἴκαρος, Ἄρνη· καὶ ἐκ Νικοστράτης, Ἱπποκόων. οὗτοι, μετὰ θάνατον Βάλου, ἐστασίασαν περὶ τῆς ἀρχῆς. *Bali, filii Perieris, liberi erant, Tyndarus, Icarus, Arne: & ex Nicoſtratâ, Hippocoon. Hi, poſt mortem Bali, de principatu contenderunt.* Utrobique pro, Βάλου, *Bali*, legendum certè eſt, Οἰβάλου, *Oebali.* Obſerva autem ejus liberos, filiamque in his Arnen: quos commemorat & Euſtathius, ad Iliad. β'. Sed Arene filia dicta; itaque reſcribe, Ἀρήνη, loco Ἄρνη: quæ Aphareo, Meſſenes regi, fratri uterino, nupſit. Clarè id Pauſanias docet, in Meſſenicis: ubi Arenen quoque urbem, ab hoc conditam, de illius appellatam nomine refert. Οὗτος (ὁ Ἀφαρεὺς) βασιλεύσας, πόλιν ᾤκισεν Ἀρήνην, ἀπὸ τῆς Οἰβάλου θυγατρὸς, αὐτοῦ δὲ γυναικὸς τῆς αὐτῆς καὶ ἀδελφῆς ὁμομητρίας. καὶ γὰρ Οἰβάλῳ συνῴκησε Γοργοφόνη. *Hic (Aphareus) dum regnaret, Arenen urbem condidit, à filiâ Oebali, uxore ſuâ. & eadem ſorore, ex eadem matre genitâ. ſiquidem Gorgophone Oebalo nupta fuit.* Et, Aphareo nuptam illam, etiam Apollodorus nobis refert; filiosque peperiſſe, Lynceum, Idam, atque Piſum. Ecce verba, lib. III. Ἀφαρέως μὲν οὖν, καὶ Ἀρήνης, τῆς Οἰβάλου, Λυγκεύς τε καὶ Ἴδας, καὶ Πεῖσος. *Itaque Aphareo quidem, & Arenæ, Oebali filiâ, nati Lynecus, Idas, & Piſus.*

Me-

Meminit verò & Arenes Iſacius Tzetzes, ad Lycophonem. Ergo ſatis manifeſtum, apud Euripidis Scholiaſten Ἀρήνη ſcribi oportere. Fertur autem altera quoque ejus filia, quæ Pirene appellata. Idem id Pauſanias docet alibi, in Corinthiacis. Πεποίηται δὲ ἐν Ἠοίαις μεγάλαις, Οἰβάλου θυγατέρα εἶναι καὶ Πειρήνην. *Proditum verò eſt, in Eœis magnis, Oebali etiam filiam fuiſſe Pirenen.* Uxor ejus, Gorgophone fuit: ut Pauſanias, in citatis antè verbis, nobis tradit; ſicut etiam in Laconicorum initio; ubi dicit, Tyndarum ex eâ filium ſuſcipiſſe. Κυνόρτα δὲ, ἐγένετο Οἴβαλος. οὗτος Γοργοφόνην τε, τὴν Περσέως, γυναῖκα ἔσχεν ἐξ Ἄργους, καὶ παῖδα ἔσχει Τυνδάρεων. *Cynorta verò, natus Oebalus, hic uxorem habuit Gorgophonem, Perſei filiam, Argivam, filiumque ſuſtulit Tyndarum.* Apollodorus, etiam Batem tradit, Nympham Najadem, & ex illâ natum Tyndarum. Verba ejus ita habent, lib. III. Οἰβάλου δὲ, καὶ Νηΐδος Νύμφης, Βατείας, Τυνδάρεων. *Oebali verò, & Batéæ, Nymphæ Najadis, Tyndareum.* Illud quoque hîc dicendum: non Cynortæ filium Oebalum, ſed nepotem ex filio Periere à quibuſdam memorari. In his eſt Apollodorus, libro citato. Κυνόρτου δὲ Περιήρην· οὗ δὲ Οἴβαλον. *Cynortæ autem filium eſſe Perieren: hujus verò Oebalum.* Et Euſtathius, ad Iliad. β'. Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους, ἦρχε Λακεδαιμονίων. *Oebalus, filius Perieris, imperavit Lacedæmoniis.* Alii Argali filium tradunt. Dictys, lib. I. *Agenoris porro Taygetam: eamque ex Iove habuiſſe Lacedæmonem, ex quo Amyclam natum, & ex eo Argalum, patrem Oebali.* Ejus verò ſepulcrum, haud longè à theatro aberat. Pauſanias teſtis, in Laconicis. Τοῦ θεάτρου δὲ οὐ πόρρω, Ποσειδῶνός τε ἱερόν ἐστι Γενεθλίου, καὶ ἡρῷα, Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, καὶ Οἰβάλου. *Non procul à theatro, ædes eſt Neptuni Natalitii, & heroica monumenta, Cleodæi, Hyllii filii, Oebalique.*

# CAPUT IV.

*Oebalo ſuccedit Tyndarus: cui cum Hippòcoon frater controverſiam moveret, impar ei; regno cedit: & ab Hercule deinde, interfecto Hippocoonte, filiiſque, reſtituitur. Joannes Tzetzes emendatus. Apollodori, & Diodori, de Hippocoontis filiis diſſidium. Hippocoon, nothus à quibuſdam memoratus; & Nicoſtratâ matre natus. Icarion, qui & Icarius, utriuſque frater, utri parti ſe addixerit. Apollodori, & Pauſaniæ, diſſidium. Tyndari Uxor, Leda, Theſtii filia: ex quâ nati illi filii, Caſtor, & Pollux; filiæ autem, Clytemneſtra, Helena, Philonoë, & Timandra. Servii locus correctus.*

OEbalo mortuo, filius ſuccedit, TYNDARUS, ſive, ut alii ſcribunt, TYNDAREUS. Hic, dejectus ab Hippocoonte fratre, mox ab Hercule reſtituitur: ut Euſtathius, ac Pauſanias, & Apollodorus, tradunt. Ac corrigendus Joannes Tzetzes, ubi de rebus ab Hercule geſtis, Var. Hiſt. Chil. II. cap. XXXVI.

Καὶ Τυνδαρέῳ δίδωσι Λακώνων βασιλείαν,
Κλείνας τ̓ Ἱπποκόωντα.

*Et Tyndaro dat Laconum regnum,*
*Occiſo Hippocoonte.*

Malè editur, *Λακώνων βασιλέα. Laconum regem.* Erat verò alius etiam illi frater, natu, ut videtur, minimus, nomine Icarion dictus, ſive, ut nonnulli, Icarius; qui Tyndareum adjuvabat, ut duodecim filii Hippocoontem: itaque unà cum Tyndareo ejectus fuit.

fuit. Apollodorus, lib. III. Οἰβάλου δὲ, καὶ Νηΐδος Νύμφης Βατείας, Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα. Ἱπποκόωντος μὲν οὖν ἐγένοντο παῖδες, Δορυκλεὺς, Σκαῖος, Ἐμάρσφορος, Εὐτύχης, Βουκόλος, Λύκων, Τέβρος, Ἱππόθοος, Εὔρυτος, Ἱπποκορυστὴς, Ἀλκίνους, Ἄλκων. τούτους Ἱπποκόων ἔχων παῖδας, Ἰκαρίωνα, καὶ Τυνδάρεων, ἐξέβαλεν Λακεδαίμονος. *Oebali verò, & Nymphæ Naidis Bateæ, Tyndareum, Hippocoontem, Icarionem. At Hippocoontis filii fuere, Doricleus, Scæus, Emarſphorus, Eutyches, Bucolus, Lycon, Tebrus, Hippothous, Eurytus, Hippocoryſtes, Alcimus, Alcon. Hos Hippocoon habens filias, Icarionem, ac Tyndareum, Lacedæmone ejecit.* Ubi obſerva, filios, duodecim Hippocoontis memorari; quos viginti Diodorus Siculus dicit, lib. IV. Υἱωνὸν δὲ, τὸν Λικυμνίου, φίλον ὄντα Ἡρακλέους, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἱπποκόωντος, εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἀπέκτειναν. *Hyionum verò, Licymnii filium, Herculis amicum, filii Hippocoontis, qui viginti numero erant, occîderunt.* Quod Icarionem attinet, is Icarius à Pauſania, Icarúsque ab Euſtathio, nominatur: & Hippocoontis partes, non Tyndarei, ſecutus traditur. Ac Pauſaniæ quidem verba ita habent. Καὶ παῖδα (ὁ Οἴβαλος) ἔσχε Τυνδάρεων, ᾧ περὶ τῆς βασιλείας Ἱπποκόων ἠμφισβήτει. καὶ κατὰ πρεσβείαν ἔχειν ἠξίου τὴν ἀρχήν. προσλαβὼν δὲ Ἰκάριον, καὶ τοὺς στασιώτας, παρὰ πολύ τε ὑπερεβάλετο δυνάμει, Τυνδάρεων, καὶ ἠνάγκασεν ἀποχωρῆσαι. *Et filium (Oebalus) habebat Tyndareum, cum quo Hippocoon de regno contendit: principatum, quod ætate major eſſet, ſibi vindicare cupiens. Itaque, adſcito Icario, iiſque, qui factionem ſuam adjuvabant, & Tyndarum potentiâ ſuperavit, & decedere coëgit.* Vides iterum hos Auctores inter ſe diſſentientes. Euſtathio, Hippocoon dicitur Hippothoon; fiiliuſque non natu maximus, verum nothus; & Icarion, ſive Icarus, nam ſic eum illic vocat, Hippocoontis, qui Hippocoon eſt aliis, partes ſecutus, ſicut etiam à Pauſania, memoratur. Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους, ἦρχε Λακεδαιμονίων. οὗ παῖδες, Τυνδάρεως, ἢ Τυνδάρης, καὶ Ἴκαρος, καὶ Ἄρνη, γνήσιοι οὗτοι, νόθος δὲ Ἱπποθόων· Ὃς, συμφραξάμενος Ἰκάρῳ, Τυνδάρην ἀπελαύνει. καὶ ἄρχει, πολλοῖς πλήθων υἱοῖς. *Oebalus, filius Perieris, imperabat Lacedæmoniis. cujus filii erant, Tyndareus, ſive Tyndares, & Icarus, & Arne, legitimi illi, ſpurius verò Hippothoon: qui, adjutus ope Icari, Tyndarum ejicit; & regnum tenet, multis filiis abundans.* Sed pro Ἄρνη, hîc

hîc legendum eſſe Ἀῤῥήνη, capite ſuperiori à me dictum. Potuit verò Hippothoon & nothus eſſe, & natu maximus: atque ſic auctores hi conciliandi. Mater autem ei Nicoſtrata. Docet Euripidis Scholiaſtes, ad Oreſten. Οἰβάλου, (ſic enim legendum, haud, Βάλου, ſuprà monui,) τοῦ Περιήρους, παῖδες οὗτοι· Τυνδάρεως, Ἴκαρος, Ἀρήνη· (nam & ita hîc legendum, non Ἄρνη, itidem monui,) καὶ ἐκ Νικοστράτης, Ἱπποκόων. *Oebali, filii Perieris, liberi iſti fuere; Tyndareus, Icarus, Arene: & è Nicoſtratâ, Hippocoon.* De Tyndarei verò reſtitutione, videndus etiam Diodorus, lib. IV. & Euripidis Scholiaſtes, ad Oreſtem. Uxor, Leda illi fuit, Theſtii filia. Apollodorus, lib. III. Καὶ γαμεῖ Τυνδάρεως Θεστίου τοῦ Αἰτωλοῦ Λήδαν. *Et Tyndarus uxorem Ledam ducit, Theſtii Ætoli filiam.* Ex eaque Helenam, & Clytæmneſtram, filias ſuſtulit. Hyginus, Fab. LXXVIII. *Tyndareus, Oebali filius, ex Ledâ, Theſtii filiâ, procreavit Clytæmneſtram, & Helenam.* Ac Helenam quidem, deſignat Moſchus, Idyll. III.

Κ' ὁ μὲν Τυνδαρεόιο καλὰν ἀειδε θύγατρα.

*Et hic quidem Tyndari formoſam cecinit filiam.*

Et frequenter à Poëtis *Tyndaris* appellitatur. Verum eam Jovis filiam veteres ſunt fabulati, ut eſt notum. Sed & aliæ Tyndari ex Ledâ filiæ memorantur: Philonoë, immortalis facta, uti tradunt fabuloſè, à Dianâ; & Timandra, Echemo nupta. Apollodorus, libro citato. Τυνδάρεω, καὶ Λήδας, Τιμάνδρα, ἣν Ἔχημος ἔγημε. καὶ Κλυταιμνήστρα, ἣν ἔγημεν Ἀγαμέμνων. ἔτι δὲ Φιλονόη, ἣν Ἄρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε. *Tyndari, & Ledæ, filia Timandra fuit, quam uxorem Echenius duxit; Clytæmneſtra, Agamemnoni elocata; & Philonoë, quam Diana immortalem eſſe fecit.* Ac Philonoën inter deas cultam, tradit etiam Athenagoras, in Leg. pro Chriſt. Ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, Ἀγαμέμνονα Δία, καὶ Φιλονόην, τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα, σέβουσι. *Lacedæmonius verò, Agamemnonem Jovem, & Philonoën, Tyndari filiam, colit.* De Timandrâ verò, omninò emendandus Servii locus, ad Æneid. VIII. *Quidam ajunt, Theſtii filias Ledam, & Hypermneſtram, fuiſſe: Ledæ & Tyndarei filias, Clytæmneſtram, Helenam*

*item,*

*item, & Timandram, fuiſſe, quam duxit uxorem Cohemus.* Reſcribendum. *Quidam ajunt, Theſtii filias Ledam, & Hypermneſtram, fuiſſe; Ledæ, & Tyndari, filias, Clytæmneſtram, Helenam, & Timandram, fuiſſe: quam duxit uxorem Echemus.* Cedrenus, Tyndareum non Oebalo patri ſucceſſiſſe, verum ſocero Theſtio, tradit: quem Laconiæ regem memorat, Theſtiamque item urbem ad Eurotam condidiſſe, & de ſuo nomine appellaviſſe. Καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλοί τινες ἦρξαν, ἕως θεςίου, ὃς παρὰ τὸν εὐρώταν ποταμὸν πόλιν οἰκοδομεῖ τὴν θεςίαν. Οὗτος ὁ θέςιος, τῶν Λακώνων βασιλεύσας, τίκτει θυγατέρας τρεῖς, εἰς ὑπερβολὴν εὐπρεπεῖς, Λήδαν, καὶ Κλυτίαν, καὶ Μελίππην, αἳ καὶ Λακωνίδες ἐκαλοῦντο. Τὴν μέν τοι Λήδαν Τυνδάρεως λαβὼν εἰς γυναῖκα, καὶ μετὰ θέςιον τῆς τῶν Λακώνων χώρας ἐπεκράτησεν. *Et poſt ipſum, alii quidam principatum tenuerunt, uſque ad Theſtium, qui ad fluvium Eurotam urbem Theſtiam condidit. Hic Theſtius, rex Laconum, tres filias longè pulcherrimas generavit, Ledam, Clytiam, & Melippam: quæ Laconides etiam dictæ. Ac Ledâ quidem Tyndarus uxore acceptâ, etiam poſt Tabeſtium obtinuit Laconicæ regnum.* Quod ad patrem verò Tyndari, variatum inter veteres: &, ut Oebali filium quidam, ita rurſum alii Cynortæ eſſe, tradiderunt. Iſacius Tzetzes, ad Lycophonem Οἰβάλου γὰρ, κατά τινας, Τυνδάρεως· κατὰ δὲ ἑτέρους, Κυνόρτου, καὶ Γοργοφόνης. *Oebali enim, ut nonnulli prodiderunt, filius Tyndarus: & verò alii, Cynortæ, & Gorgophones.* Inchoavit autem Tyndarus Minervæ Chalciæcæ templum ædificare: uti dixi Antiqu. Lacon. lib. I. cap. III. Ejus cum Euryto duellum, obiter memorat Pauſanias, in Laconicis. Παρὲν τι δὲ Ἡρακλέους μάχην πρὸς θούριον τὸν γίγαντα, καὶ Τυνδάρεω πρὸς Εὔρυτον, ἔστιν ἁρπαγὴ τῶν Λευκίππου θυγατέρων. *Ut Herculis verò cum gigante Thurio pugnam, & Tyndari cum Euryto, prætermittam, viſitur ibi Leucippi filiarum raptus.* Sepulcrum ejus Spartæ erat in porticu, quæ meridiem verſus excurrebat, ante Jovis Coſmetæ fanum. Idem Pauſanias, ibidem. ἐς δὲ τὴν πρὸς μεσημβρίαν στοὰν, Κοσμητᾶ τε ἐπίκλησιν Διὸς ναὸς, καὶ Τυνδάρεω πρὸ αὐτοῦ μνῆμά ἐστιν. *In eâ porticu, quæ meridiem verſus ſita, & Coſmetæ cognomento Jovis templum eſt, & Tyndarei ante illud monumentum.*

# CAPUT V.

*Tyndaro filii, Caſtor, ac Pollux; & ex filiâ Helenâ gener, Menelaus, ſucceſſere: quorum Caſtor, atque Pollux, Minervæ Aſiæ fanum condunt. Caſtor, Argis ſepultus; &* Μιξαρχαγεύας *appellatus. Ubi mortuus. Helenæ excellens forma, & procorum multitudo. Tyndari metus, ne tumultum illi aliquem excitarent: & hunc quomodo evitaverit, de conſilio Ulyſſis. Locus Laconicæ,* Ἵππε μνῆμα *appellatus: & id quare. Menelaus; quo regnante, bellum accidit Troianum: ad quod ille naves ſexaginta duxit è Laconica. Hygini error indicatus. Oraculum Delphicum cum Ulyſſe de hoc ipſo bello conſulit, & monile Minervæ Protemplari dedicat. Euſtathii locus emendatus. Ejus navis gubernatores: Phrontis; cujus pictura Delphis, in Leſcha: Canobus, qui in Ægypto mortuus: & Cinadus, cujus monumentum erat ad Onugnathum. Denique & proreta, Pharus, in inſula Pharo vita functus, & ſepultus. Ejus filia, Hermione; filii, Nicoſtratus, Megapenthes, Xenodamus, Diæthus, Morathini, & Æthiolas: è quibus & Nicoſtratus, & Æthiolas, inter deos apud Lacedæmonios culti; Maraphius, qui Morrhaphion aliis, auctor generis Maraphiorum apud Perſas. Ejus, forma, liberi, domus, templum, & ſepulcrum. Succeſſor, gener Oreſtes. Ejus cum Pylade amicitia, & matricidium: item colonia in Leſbum deducta: tum ſtatura ſeptem cubitorum. Mors ubi acciderit, & qualis fuerit. Oſſa poſteà Spartam relata: ac quo-*

*quomodo, quando, & à quo, inventa. Sepulcrum ubi. Filii, Tiſamenus, Oreſtes, Penthilus.*

POſt Tyndareum, filii ejus, CASTOR ſcilicet, & POLLUX, & ex filiâ Helenâ gener, MENELAUS, regnum adepti. Id Pauſanias nos docet, iſtis verbis. ἐβασίλευσαν δὲ καὶ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ Μενέλαος ὁ Ἀτρέως, Τυνδάρεω γαμβρὸς ὤν. *Regnârunt verò etiam Tyndarei filii, Atreique Menelaus, ejus gener.* Ac Tyndarei quidem filios, dicit Caſtorem, & Pollucem: quorum etiam Pindarus meminit, cui à quo Ταμίαι Σπάρτης, *præſides Spartæ*, dicuntur, Nemeonio. Od. X. Ac de Polluce, etiam Theocritus, in Dioſcuris, Idyll. XXII.

Καί κε τυχὼν ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα.

*Et aſſecutus læſit Amyclæorum regem.*

Ubi Amyclæos dicit Lacedæmonios, ut Poëtæ item alii. Condidere autem Minervæ Aſiæ fanum, è Colchis reverſi: cujus rudera etiam Pauſaniæ tempore viſebantur. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἐρειπίοις ναὸς Ἀθηνᾶς, ἐπίκλησιν Ἀσίας. Ποιῆσαι δὲ Πολυδεύκην καὶ Κάστορα φασίν, ἀνασωθέντας ἐκ Κόλχων. *In ruderibus jacet templum Minervæ, cognomento Aſiæ. Condidiſſe autem Pollucem ajunt, Caſtoremque, cum è Colchis ſoſpites reverſi eſſent.* Ac Caſtor quidem, Argis ſepultus, & Mixarchageuas dictus ab Argivis. Plutarchus, in Quæſt. Græc. Τίς ὁ Μιξαρχαγεύας ἐν Ἄργει; Μιξαρχαγεύαν τὸν Κάστορα καλοῦσι, καὶ νομίζουσι παρ' αὐτοῖς τε θάφθαι. *Quis eſt Mixarchageuas Argis? Mixarchageuan appellant Caſtorem, & apud ſe ſepultum putant.* Cecidit autem bello contra Athenienſes. Interpres Germanici, ubi de Geminis. *Caſtor, & Pollux, fratres gemini, maximâ concordiâ. Ex quibus cum unus cecidiſſet in pugnâ, quam adverſus Athenienſes gerebant, alter immortalitatem accepit.* In mari periiſſe, correptum tempeſtate, dicit Dares, de excidio Troiæ. *Caſtor & Pollux, in recenti, poſtquam audiverunt Helenam ſororem ſuam raptam, navem aſcenderunt, &*

*& ſecuti ſunt. Lesbo navim ſolverunt, maximâ tempeſtate correpti, nuſquam comparuerunt.* Et ex eo Ioſephus Devonius, De bello Trojano, lib. III.

*Aſt ubi geſta Phrygum geminos vulgata Lacones*
*Concuſſere, fremunt ambo, dolor excitat ambos.*

Et mox.

*Haud mora, conſcendunt claſſem, Lesboque relictâ,*
*Dum præceps animus, & nil decoctius audet*
*Ira recens, nullos exſpectatura ſequentes,*
*Haurit iter fluidum pietas memor. Alta tenebat*
*Caſtor, & Iliacas jamiam poſcebat arenas*
*Exilium latura ratis, nox obviat atra,*
*Defenſura Phryges, armatique aëris ira*
*Inſtrepit, & geminis expugnat vela procellis.*

Et quæ ſequuntur. Pollux, ut notum, immortalis erat. Helenæ verò, tam excellens forma erat, ut accenſi eâ plurimi conjugem ſibi poſtularent; eoſque omnes memorat Apollodorus, lib. III. & Hyginus, Fab. LXXXI. à quo plures, ac nonnulli item alii, referuntur. Itaque Tyndarus, cùm metüeret, ne in ſe inſurgerent illi, quibus Helenam denegaret, conſilio Ulyſſis uſus, omnes juramento obſtringit, ſe injuriam, ſiquis cuperet inferre ei, quem eligeret generum, junctis viribus propulſuros. Apollodorus, libro citato, poſtquam procos enumeravit, mox ſubjungit. Τούτων ὁρῶν τὸ πλῆθος Τυνδάρεως, ἐδεδοίκει, μὴ, κριθέντος ἑνὸς, στασιάζωσιν οἱ λοιποὶ, ὑπισχομένου δὲ Ὀδυσσέως, ἐὰν συλλάβηται πρὸς τὸν Πηνελόπης αὐτῷ γάμον, ὑποθέσθαι τρόπον τινὰ, δι᾽ οὗ μηδεμία γενήσεται στάσις. ὡς ὑπέσχετο αὐτῷ συλλήψεσθαι ὁ Τυνδάρεως, πάντας εἶπεν ἐξορκῶσαι τοὺς μνηστῆρας βοηθήσειν, ἐὰν ὁ προκριθεὶς νυμφίος ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀδικῆται περὶ τὸν γάμον. ἀκούσας δὲ τοῦτο Τυνδάρεως, ἐξορκίζει τοὺς μνηστῆρας. *Horum multitudinem conſpicatus Tyndareus, metuebat, ne, ſi uni deſponderet, reliqui tumultum darent. Promittente verò Ulyſſe, ſi Penelopes nuptiis conciliandis operam adhiberet ſuam, ſe viciſſim rationem ſuggeſturum*

*rum aliquam eſſe, quâ id ipſum prohiberet. Tyndaroque id pollicito, jubet procos univerſos juramento obligare, ſe auxilium laturos, ſi quis ſponſo deſignato propter nuptias injuriam faceret. Quod cum Tyndarus audiviſſet, procos juramento obſtringit.* Refert idem, verum aliter, etiam Hyginus, Fab. LXXVIII. cujus verba mox producam. Cum Apollodoro verò etiam Iſocrates Hiſtoriam hanc fuſè tradit, in Encomio Helenæ: verum, de conſilio Ulyſſis illud factum eſſe, non commemorat; ſicuti neque Pauſanias, qui mactato equo dicit jusjurandum id exactum: & ab eo locum illum, in quo is defoſſus eſſet, Ἵππου μνῆμα appellatum. Ecce verba in Laconicis. Προϊοῦσι δὲ, ἵππου καλούμενον μνῆμά ἐστιν. Τυνδάρεως γὰρ, θύσας ἐνταῦθα ἵππον, τοὺς Ἑλένης ἐξώρκου μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων. ὁ δὲ ὅρκος ἦν, Ἑλένῃ, καὶ τῷ γήμαντι τὴν Ἑλένην προκριθέντι, ἀμύνειν ἀδικουμένοις. ἐξορκώσας δὲ, τὸν ἵππον κατώρυξεν ἐνταῦθα. *Progreſſis verò, occurrit Equi, quod appellant, monumentum. Tyndarus enim, equo ibi mactato, Helenæ procos juramento obſtrinxit, equi extis inſiſtens. Erat verò id jusjurandum, eos Helenam, quique Helenæ in nuptiis cæteris prælatus foret, adjuturos, ſi qua his injuria fieret. Exacto autem hoc juramento, equum ibi loci defodit.* Itaque ſic Helenam uxorem nactus MENELAUS, regnum accipit dotale à Tyndareo, etiam vivo, atque ultrò decedente. Apollodorus, libro citato. Τυνδάρεως, μεταπεμψάμενος Μενέλαον εἰς Σπάρτην, τούτῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκεν. *Tyndareus, Spartam accerſito Menelao, regnum ei tradit.* Sed poſt mortem demum ipſi ſucceſſiſſe, Hyginus tradit, Fab. LXXVIII. *Tyndareus, Oebali filius, ex Ledâ Theſtii filiâ, procreavit Clytæmneſtram, & Helenam. Clytæmneſtram, Agamemnoni, Atrei filio, dedit in conjugium: Helenam, propter formæ dignitatem, complures ex civitatibus proci petebant. Tyndareus, cum repudiaret filiam ſuam Clytæmneſtram, & ab Agamemnone vereretur, timeretque, ne quid ex eâ re diſcordiæ naſceretur, monitus ab Vlyſſe, jurejurando ſe obligavit, & arbitrio Helenæ poſuit, ut, cui vellet nubere, coronam imponeret. Illa, Menelao impoſuit: cui Tyndarus eam dedit uxorem, regnumque moriens Menelao traderet.* Regnante verò Menelao, bellum exortum eſt Trojanum: cum uxorem Paris Helenam, dum in Cretâ abeſſe cogitur, abduxiſſet: ad quod ille naves duxit ſexaginta, è Laconicâ univerſâ. Dictys, lib. I. *Menelaus ex omni Lacedæmone naves ſexaginta.* Dares. *Menelaus ex Spartâ navibus*

*navibus numero ſexaginta.* Clarus error eſt eſt Hygni, qui Mycenis adduxiſſe naves ſcribit, unde adduxerat Agamemnon. Vide eum, Fab. XCVII. Antequam verò bellum iſtud inchoaret, ad oraculum conſulendum cum Ulyſſe Delphos petiit: ibique Minervæ Protemplari, προναίᾳ Græcis dictæ, monile Helenæ dedicavit. Euſtathius ad Odyſſ. lib. III. Ὁ δὲ Φαληρεὺς Δημήτριος ἱστορεῖ, ὅτι Μενέλαος ἅμα Ὀδυσσεῖ ἐλθὼν εἰς Δελφοὺς, ἤρετο περὶ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας. *Demetrius verò Phalereus, auctor eſt, Menelaum, cum Ulyſſe Delphos profectum, de bello Ilio inferendo conſuluiſſe.* Ac mox addit, de monili dedicato. Τότε δὴ Μενέλαος μὲν τῇ προνοίᾳ Ἀθηνᾷ τὸν τῆς ἑλένης ορμον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς. *Tunc ſanè Menelaus Providæ Minervæ monile Helenæ Delphis dedicavit.* Sed ſcribendum hîc omninò, τῇ προναίᾳ Ἀθηνᾷ, *Protemplari Minervæ.* Vide quæ notavi olim de utroque hoc Minervæ cognomento, Lectionum Atticarum lib. II. cap. XVII. Cum ad bellum id abiret, habuit gubernatores navis ſuæ, Phrontim, Cinadum, & Canobum. Ac Phrontis quidem, ab Homero nominatur, Odyſſ. lib. III.

Ἔνθα κυβερνήτην Μενελάου Φοῖβος Ἀπόλλων  
Οἷς ἀγανοῖσι βέλεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε,  
Πηδάλιον μετὰ χερσὶ θεούσης νηὸς ἔχοντα,  
Φρόντιν Ὀνητορίδην, ὃς ἐκαίνυτο φῦλ' ἀνθρώπων  
Νῆα κυβερνῆσαι, ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι.

*Illic Menelaí gubernatorem Phœbus Apollo*  
*Ejus ſuavibus telis ſuperveniens occîdit,*  
*Clavum in manibus currentis navis habentem,*  
*Phrontim Onetoriden, qui vincebat nationes hominum*  
*Navem gubernando, quoties ingruebant procellæ.*

Quem locum reſpexit Heſychius. Φρόντις, ὄνομα τοῦ κυβερνητου Μενελάου. Φρόντιν Ὀνητορίδην. *Phrontis, nomen gubernatoris Menelai. Phrontin Onetoridem.* Eum Delphis in Leſchâ depictum, in Menelai navi, contos diſponentem, tradit Pauſanias, in Phocicis. Mortuo ſubrogatus eſt Canobus. Obſervare eſt apud Euſtathium, in Dionyſii Periegeſin. Μετὰ θάνατον Φρόντιδος, (κυβερνήτης δὲ ἄριστος

Με-

Μενελάȣ ὁ Φρόντις, ὑὸς Ὀνήτορος,) ἐξωσθέντες ἀνέμῳ Βορρᾶ οἱ περὶ Μενέλαον, προσίσχȣσι τῇ Ρόδῳ, ὑπὸ κυβερνήτῃ ὄντες τῷ Ἀμυκλαίῳ Κανώβῳ. *Poſt mortem Phrontidis, (optimus Menelai gubernator erat Phrontis, Onetoris filius,) Menelaus, vento Borea ejectus, Rhodum appellit, ſub gubernatore Canobo Amyclæ.* Hic in Ægyto diem obiit. Vide Euſtathium ibidem; Etymologi Auctorem, in ἑλένειον; Nicandrum in Theriacis; & ibidem Scholiaſten. Memoratur à Pauſania etiam Cinadus quidam, in Laconicis: ejuſque item monumentum, ad promontorium Onugnathum. Verba ejus, ubi de Onugnatho agit, ita habent. Ἔςι δὲ καὶ μνημεῖον Κινάδȣ· νηὸς ȣ͂ Μενελάȣ καὶ ȣ̓͂τος κυβερνήτης ἦν. *Eſt verò etiam Cinadi monumentum: navis verò Menelai & hic gubernator erat.* Præter iſtos, etiam proreta quidam, Pharus nomine, refertur; in Pharo, inſulâ Ægypti, ad Alexandriam ſitâ, tumulatus. Stephanus, in Φάρος. Ἔςι καὶ νῆσος, ἡ πρὸς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. Φάρος δ', ὁ πρωρεὺς Μενελάȣ, ἐν τῇ νήσῳ, δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως, ἐτάφη. *Eſt & inſula, ad Alexandriam ſita. Pharus verò, Menelai proreta, in hâc inſulâ, morſus à ſerpente, ſepultus eſt.* Forma autem Menelai qualis fuerit, deſcribit Dares, lib. De excidio Trojæ, Iſacius Porphyrogeneta, in Characteribus Græcorum, & Trojanorum; Philoſtratus, in Heroicis; & Joſephus Devonius, lib. IV. Suſtulit verò ex Helenâ quidem filiam Hermionem; filios autem, è Pieride, ſervâ Ætolâ, Nicoſtratum; è Teridae, Megapenthem; & ex nymphâ quâdam Cnoſſiâ, Xenodamum: ut Apollodorus tradit, lib. III. Nicoſtrati, & Megapenthis meminit etiam Pauſanias Corinthiacis. Alii, Nicoſtratum ex Helenâ illi natum tradunt, ſicut etiam Æthiolam, Diæthum, & Morrhaphionem: ac Nicoſtratum quidem, & Æthiolam, inter deos à Lacedæmoniis cultos; à Morrhaphione verò, apud Perſas Morraphiorum genus ortum. Scholiaſtes Homeri, ad Iliad. lib. III. Ἑλένης καὶ Μενελάȣ παῖδες Δίαιθος, καὶ Μορραφίων· ἀφ' ȣ͂ τὸ τῶν Μορραφίων γένος, ἐν πέρσαις. Κιναίθων δὲ φησὶ. Νικόςρατος, καὶ Αἰθιόλας, παρὰ Λακεδαιμονίοις Ἑλένης δύο παῖδες τιμῶνται. *Helenæ & Menelai filii, Diæthus, & Morrhaphion: à quo Morrhaphiorum genus inter Perſas. Cinæthon verò ait; Nicoſtratus, & Æthiolas, duo Helenæ filii, apud Lacedæmonios coluntur.* Apud Euſtathium, qui idem dicit, ad eundem Homeri librum, Morrhaphion ſcribitur Maraphius; & Maraphii, qui ab eo oriundi. Ecce

verba.

verba. Ἕτεροι δὲ, καὶ υἱοὺς αὐτῇ, (τῇ ἑλένῃ.) καὶ Μενελάῳ, γεννῶσι, Νικόστρατον, καὶ Αἰθιόλαν· οὓς καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμᾶσθαι φασίν. ἄλλοι δὲ, Δίαιθον, καὶ Μαράφιον· ἀφ᾽ οὗ γένος φασὶ τὸ τῶν Μαραφίων, ἐν Πέρσαις. *Alii verò, etiam filios ipſi, (Helenæ,) ac Menelao, tribuunt, Nicoſtratum, Æthiolamque: quos & coli apud Lacedæmonios dicunt. Alii autem, Diæthum, & Maraphium: à quo genus Maraphiorum apud Perſas natum volunt.* Ejus domum, quæ id temporis hominis privati erat, ſuâ etiam ætate exſtitiſſe, Pauſanias dicit, extra Dromum, quem vocabant. Τοῦ Δρόμου δὲ ἐκτὸς, κατὰ τὸ Ἡρακλέους τὸ ἄγαλμα, ἐστὶν οἰκία, τὰ ἐφ᾽ ἡμῶν ἰδιώτου, Μενελάου τὸ ἀρχαῖον. *Extra Dromum, juxta Herculis ſimulacrum domus exſtat, inpræſens privati hominis, olim verò Menelai.* Templum ejus, in quo ipſe, & Helena, ſepulti erant, Therapnæ fuit. Pauſanias. Θεράπνη μὲν ὄνομα τῷ χωρίῳ γέγονε, ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρὸς. Μενελάου δέ ἐστιν ἐν αὐτῷ ναὸς· καὶ Μενέλαον, καὶ Ἑλένην, ἐνταῦθα ταφῆναι λέγουσι. *Therapna autem locus dicitur, à Lelegis filiâ. Menelai verò hîc templum eſt: & Menelaum, Helenamque, ibi tumulatos ferunt.* Ejus filiam Hermionem, duxit ORESTES: & cum eà regnum accepit. Teſtis Pauſanias, in Laconicis. Ἐβασίλευσαν δὲ καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ Μενέλεως ὁ Ἀρέως, Τυνδάρεω γαμβρὸς ὤν, Ὀρέστης τε Ἑρμιόνῃ τῇ Μενελάου συνοικῶν. *Regnârunt etiam Tyndarei filii, Atreique Menelaus, qui Tyndarei gener erat: & Oreſtes, qui Hermionem, Menelai filiam, uxorem duxerat.* Iterumque, in Corinthiacis. Ὀρέστης, ὁ Ἀγαμέμνονος, τὸ Ἄργος κατέσχε, παροικῶν τε ἐγγὺς αὐτῷ, καὶ, ἄνευ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, προσπεποιημένος μὲν Ἀρκάδων τοὺς πολλοὺς, παρειληφὼς δὲ καὶ τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιλείαν, συμμαχικὸν δὲ ἐκ Φωκέων ἀεί ποτε ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ἑτοίμου παρόντος. Λακεδαιμονίων δὲ ἐβασίλευσεν Ὀρέστης, Λακεδαιμονίων ἐφέντων αὐτῷ. *Oreſtes, Agamemnonis filius, Argos occupavit: quippe qui non tantum in propinquo habitaret, ſed etiam, præter paternum principatum, multos ſibi ex Arcadibus conjunxiſſet, ac Spartanum quoque regnum accepiſſet: ſociosque è Phocenſibus ad auxilium paratos ſemper haberet. Lacedæmoniorum verò regnum tenuit, permittentibus id ipſi Lacedæmoniis.* Celebrata à veteribus ejus cum Pylade amicitia: de quâ ſic Valerius Maximus, lib. IV. cap. VII. *Oreſtes Pylade penè amico, quam Agamemnone patre, notior eſt. Siquidem illorum amicitia, in conſortione deliciarum, & luxuriæ, contabuit; horum, duræ*

atque

*atque aſperæ conditionis ſolatium, ipſarum miſeriarum experimenta enituit.* Bion in fragmento Idylly cujuſdam, apud Stobæum, Serm. LXI.

Ὄλβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν ἀξείνοισιν Ὀρέστης,
Οὕνεκά οἱ ξυνὰς Πυλάδας ἄρητο κελεύθους.

*Beatus erat duros inter Euxini accolas Oreſtes,*
*Quia communes cum eo Pylades ſuſceperat vias.*

Et occurrit paſſim mentio. Ejus quoque matricidium, & quæ illud ſunt ſecuta, ſatis nota ex Poëtis: eſtque in hanc rem tragædia item Euripidis, quæ inſcribitur Ὀρέστης. Coloniam in Leſbum duxit cum Piſandro: ut videre eſt apud Pindarum, Nem. Od. XI, & illius eo loco Scholiaſten; ac Strabonem, lib. XIII. Statura ejus ſeptem cubitorum fuit: ut videre eſt apud Herodotum, ubi de inventis ejus oſſibus à Licha agit, lib. I. Obiit ex ſerpentis morſu in Arcadiâ, annos natus ſeptuaginta. Id ex Aſclepiade docet Scholiaſtes Euripidis, Commentario in Oreſten. Ἀσκληπιάδης ἐν Ἀρκαδίᾳ φησὶ τὸν Ὀρέστην ὑπὸ ὄφεως ἀναιρεθῆναι ἑβδομήκοντα ἐτῶν. *Aſclepiades in Arcadiâ ait Oreſten à ſerpente interfectum annos natum ſeptuaginta.* Et paulo antè. Ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν δηχθέντα, ἐκεῖ τελευτῆσαι. *Aſclepiades verò tradit ipſum, à ſerpente morſum, diem illic obiiſſe.* De ſerpentis autem morſu, etiam Stephanus, qui & locum, Ὀρέστιον nuncupatum, indicat, in Ὀρέσται. Αὐτὸς δὲ, (ὁ Ὀρέστης,) ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεὶς, θνήσκει εἰς χωρίον Ἀρκαδίας, τὸ λεγόμενον Ὀρέστιον. *Ipſe verò, (Oreſtes,) à ſerpente morſus, obiit in Arcadiæ loco, quem Oreſtium appellant.* Sepultus verò fuit Tegeæ: unde poſteà ejus oſſa, oraculi juſſu, Lacedæmonii retulerunt; & ſepulcrum Tegeatæ adhuc tempore Pauſaniæ oſtendebant. Ipſe dicit, in Arcadicorum fine. Ἡ δ' εὐθεῖα ἐπὶ Θυρέαν τε καὶ κώμας ἐν τῇ Θυρεάτιδι ἐκ Τεγέας παρεῖτο ἐς συγγραφὴν Ὀρέστου τοῦ Ἀγαμέμνονος μνῆμα· καὶ ὑφελέσθαι Σπαρτιάτην τὰ ὀστᾶ αὐτόθεν οἱ Τεγεάται λέγουσι. καθ' ἡμᾶς δὲ, οὐκέτι πυλῶν ἐντὸς ἐγίνετο ὁ τάφος. *Quæ verò via rectà Thyream Tegeâ ducit via, & in vicos regionis Thyreatidis, dignum*

*gnum quod ſcribatur habet, ſepulcrum Oreſtis, Agamemnonis filii: ex quo abduxiſſe oſſa virum Spartanum ferunt Tegeatæ. Noſtrâ verò ætate, ſepulcrum ejus non erat amplius intrà muros.* Itaque Spartæ ei ſtructum eſt ſepulcrum; juxtà ædem Parcarum. Idem Pauſanias, in deſcriptione Spartæ, in Laconicis. Καὶ Μοιρῶν Λακεδαιμονίοις ἐστὶν ἱερόν. Ὀρέστου δὲ, τοῦ Ἀγαμέμνονος, πρὸς αὐτῷ τάφος. κομισθέντα γὰρ ἐκ Τεγέας τοῦ Ὀρέστου τὰ ὀστᾶ κατὰ μαντείαν, θάπτουσιν ἐνταῦθα. *Lacedæmoniis etiam eſt Parcarum fanum; & juxta id ſepulcrum Oreſtis, Agamemnonis filii. nam è Tegeâ deportata, oraculi juſſu, Oreſtis oſſa, eo in loco ſepelierunt.* Atque id factum, Ariſtone, & Anaxandride, regnantibus: repperitque maximâ ſagacitate, & induſtriâ, Lichas quidam. Fuſè rem Herodotus narrat, & oraculum ipſum refert, lib. I. Etiam Pauſanias, in Laconicis: verum ille paulo ſtrictius, & Anaxandriden tantum regem nominat. Filios ejus, duos invenio: unum Tiſamenum, natu maximum, ſucceſſorem, de quo ſtatim ſum dicturus; alterum itidem Oreſten, apud Arcadas in exilio ſuo natum: de quo hunc in modum Stephanus, in Ὀρέσται. Ἐπεὶ ἀφείθη τῆς μανίας Ὀρέστης, φεύγων διὰ τὴν αἰδῶ μετὰ τῆς Ἑρμιόνης, εἰς ταύτην ἦλθε τὴν γῆν, καὶ παῖδα ἔσχεν Ὀρέστην. *Oreſtes, à furore liberatus, præ pudore fugiens cum Hermione, in hanc terram venit, filiumque Oreſten ſuſtulit.* Fuit item tertius, Penthilus, qui inceptam à patre coloniam in Leſbo mox perfecit: ut videre eſt apud Strabonem, in principio libri XIII. Illum verò nothum fuiſſe, ex Erigone, Ægiſti filiâ, à Pauſania memoratur, in Corinthiacis. Τὸν δὲ Ὀρέστου νόθον Πένθιλον, Κιναιθὼν ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν, Ἠριγόνην, τὴν Αἰγίσθου, τεκεῖν. *Nothum verò Oreſtis Penthilum, ſcripſit in verſibus ſuis Cinæthon, Erigonem, Ægiſthi filiam, peperiſſe.*

# CAPUT VI.

*Succedit Oreſti, filius Tiſamenus: ſub quo redeunt Heraclidæ; filiique Ariſtodemi, Patrocles, & Euryſthenes, regnum Spartanum, ſortitò accipiunt. à quibus poſteà, ſuaſu oraculi, duo, ex poſteritate utriuſque, diu illud tenuerunt. Tiſamenus ejectus Achaiam petit; novumque regnum, à ſe ibi conſtitutum, poſteris tradit, quorum ultimus fuit Ogygus. Polybii locus emendatus. Tiſamenus, adverſus Iönes pugnans, in acie cadit, Helicaque ſepelitur: unde oſſa, oraculi monitum in Laconicam tranſlata, & Spartæ condita. Ariſtodemus, quotus ab Hercule. Vellejus, & Iſaacius Tzetzes, corriguntur. Heraclidæ quonam jure regnum Spartæ repetierint. Ab Heraclidarum reditu, initium Hiſtoriæ ſuæ habuere, Theopompus, Ephorus, Calliſthenesque. Hylli filio Cleodem, aut Cleolao, nomen ſuum vindicatum: & Herodotus, ac Pauſanias, Ælianus, Scholiaſtes Pindari, Iſaacius Tzetzes, & Porphyrius, reſtituti.*

OReſti, ſucceſſit filius, TISAMENUS. Pauſanias, in Corinthiacis. Ὀρέστου δὲ ἀποθανόντος, ἔσχε Τισαμενὸς τὴν ἀρχὴν, Ἑρμιόνης, τῆς Μενελάου, καὶ Ὀρέστου, παῖς. *Oreſte autem vitâ functo, principatum tenuit Tiſamenus, Hermionæ, Menelai filio, & Oreſte, natus.* Ejus ſtrategema quoddam, memoratur à Frontino, lib. I. cap. II. Sub hoc Heraclidæ in Peloponneſum redierunt. Apollodorus, lib.II. Τοσοῦτον περιμείνας χρόνον, σὺν τῷ στρατῷ κατῄει τοὺς Ἡρακλείδας ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου υἱοῦ, βασιλεύοντος Πελοποννησίων.

*Poſtquam tantum temporis exſpectaſſet, cum exercitu Heraclidas in Peloponneſum reducit; Tiſameno, Oreſtis filio, apud Peloponneſios regnante.* Pauſanias, in Corinthiacis. Ἐπὶ δὲ Τισαμενοῦ τούτου, κατίασιν ἐς Πελοπόννησον Ἡρακλεῖδαι, Τήμενος μὲν, καὶ Κρησφόντης, Ἀριστομάχου· τοῦ τρίτου δὲ Ἀριστοδήμου προτεθνεῶτος, εἵποντο οἱ παῖδες. *Sub hoc Tiſameno verò, rediere in Peloponneſum Heraclidæ: Temenus quidem, & Creſphontes, Ariſtomachi; tertius autem, Ariſtodemus, cum jam mortuus eſſet, ejus filii ſequebantur.* Et, ejectum ab his Tiſamenum poſteà dicit. Ἐκβάλλουσι μὲν οὖν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ Ἄργους, Τισαμενόν· ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας, τοὺς Νέστορος ἀπογόνους. *Ejiciunt itaque Lacedæmone quidem, & Argis, Tiſamenum; Meſſeniâ verò Neſtoris poſteros.* Idque factum regni ejus anno tertio. Vellejus, lib. I. *Poſt Oreſtis interitum, filii ejus, Penthilus & Tiſamenus, regnavere triennio. Tum, ferè anno octogeſimo poſt captam Trojam, centeſimo & vigeſimo quam Hercules ad deos exceſſerat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulſis Heraclidis, Peloponneſi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur.* Euſebius, annum decimum ponit. Apollodorus verò, Tiſamenum occiſum tradit, libro citato. Καὶ συμβαλόντες (οἱ Ἡρακλεῖδαι) τοῖς πολεμίοις, καὶ τῷ πεζῷ, καὶ τῷ ναυτικῷ, περιπεροῦσι στρατῷ· κτείνουσι δὲ Τισαμενὸν, τὸν Ὀρέστου. *Et (Heraclidæ) commiſſo cum hoſte prælio, terrâ pariter marique vincunt: occidunt verò Tiſamenum, Oreſtis filium,* Verum errat: nam ejectus, & Achajam occupavit, & regnum ibi conſtituit, quod duravit uſque ad Ogygum. Polybius, de Achæorum ſtatu agens, lib. II. Ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης, κατέσχε τοὺς περὶ τὴν Ἀχαΐαν τόπους· ἀπὸ τούτου κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ κατὰ τὸ γένος, ἑῶς Γύγου βασιλευθέντες. *A Tiſameno enim, qui Oreſtis quidem filius erat, ſed poſt reditum Heraclidarum Spartâ ejectus, Achaiæ loca obtinuit, ſub rege conſtituti, ab hoc, ſerie continuâ, & ſucceſſione generis, ad Gygen uſque regem ſuum habuerunt.* Sed ſcribendum ibi eſt, ἕως Ὠγύγου. *uſque ad Ogygum.* Et auctorem habeo Polybium ipſum, in principio libri quarti: ubi de eâdem re ab illo agitur. Ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου παίδων ἑνὸς, καὶ φήσαντες, αὐτοὺς ἀπὸ μὲν τούτου βασιλευθῆναι κατὰ τὸ γένος εἰς Ὤγυγον. *Orſi namque à Tiſameno, Oreſtis filiorum uno, & dicentes, inde ſeſe, ſerie continuatâ, ac ſucceſſione generis, regibus ſubjectos*

*jectos fuiſſe, uſque ad Ogygum.* Et confirmat idem Strabo, lib. VIII. Ἀπὸ μὲν οὖν Τισαμενοῦ, μέχρι Ὠγύγου, βασιλευόμενοι (οἱ Ἀχαιοὶ) διετέλεσαν. *Itaque à Tiſameno quidem, uſque ad Ogygum, ſub regibus (Achæi) permanſere.* Achajam verò Tiſameno occupatam, à Strabone, quem citavi, eodem libro pluribus locis memoratur: ſicut etiam à Pauſania, in Corinthiacis, & Achaicis. Cecidit verò in acie, cum Ionibus manum conſerens, ac ſepultus Helicæ fuit: unde oſſa, oraculi juſſu, in Laconicam tranſlata & Spartæ condita. Quin ſepulcrum quoque ejus ſuo etiam tempore Pauſanias exſtitiſſe refert, in Achaicis. Ἰώνων δὲ οὐ προσιεμένων τοῖς Ἀχαιῶν λόγοις, ἀλλὰ ἐπεξελθόντων σὺν ὅπλοις, Τισαμενὸς μὲν ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ, Ἴωνας δὲ Ἀχαιοὶ κρατήσαντες ἐπολιόρκουν, καταπεφευγότας ἐς Ἑλίκην, καὶ ὕστερον ἀφιᾶσιν ἀπελθεῖν ὑποσπόνδους. Τισαμενοῦ δὲ τὸν νεκρὸν Ἀχαιῶν ἐν Ἑλίκῃ θαψάντων, ὕστερον χρόνῳ Λακεδαιμόνιοι, τοῦ ἐν Δελφοῖς σφισιν ἀνειπόντος χρηστηρίου, κομίζουσι τὰ ὀστᾶ ἐς Σπάρτην. καὶ ἦν καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι αὐτῷ τάφος, ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ, τὰ φειδίτια καλούμενα. *Cum ergo eâ in re Iones minimè Achæis aſſentirentur, ſed cum armis in illos prodirent, Tiſamenus quidem in pugnâ cecidit, Achæi verò victores, fugientes Helicen Ionas obſidebant, ac deinde abire ſinunt ſub conditione certâ. At Tiſameni cadaver cum Achæi Helicæ ſepeliiſſent, poſteà Lacedæmonii, Delphici oraculi monitu, oſſa Spartam tranſtulerunt quin & meo tempore erat ejus monumentum illic, ubi convivia celebrant Lacedæmonii, quæ phiditia appellant.* Fuere autem Heraclidæ illi Temenus, & Creſphontes, & Ariſtodemi, pridem mortui, duo filii, Euryſthenes, & Patrocles: qui, ſortitione factâ, univerſam inter ſe Peloponneſum dividebant: ſic ut Argos quidem Temeno, Meſſene Creſphonti, Euryſtheni verò, ac Patrocli, Lacedæmon obveniret. Plato, De Leg. lib. III. Καὶ βασιλεὺς μὲν Ἄργους, Τήμενος ἐγίγνετο· Μεσσήνης δὲ, Κρησφόντης· Λακεδαίμονος δὲ, Πατροκλῆς, καὶ Εὐρυσθένης. *Et rex quidem Argi, Temenus fuit; Meſſenes verò, Creſphontes; Lacedæmonis autem, Patrocles, & Euryſthenes.* Pauſanias, in Laconicis. Κατελθόντων δὲ Ἡρακλειδῶν, ἐπὶ Τισαμενοῦ τοῦ Ὀρέστου βασιλεύοντος, Μεσσήνη μὲν, καὶ Ἄργος, ἑκατέρα μοῖρα Τήμενον, ἡ δὲ Κρησφόντην, ἔσχεν ἄρχοντας. ἐν Λακεδαιμονίᾳ δὲ ὄντων διδύμων τοῦ Ἀριστοδήμου παίδων, οἰκίαι δύο βασίλειαι γίνονται. συναρέσαι γὰρ τῇ Πυθίᾳ φασίν. *Reverſis verò Heraclidis, Tiſameno regnan-*

*te, Oreſtis filio, Meſſene quidem, & Argos, altera Temenum, altera Creſphontem ſibi regem habuit. cumque Lacedæmone Ariſtodemi filii gemini eſſent, familiæ duæ regiæ exortæ ſunt: idque etiam Pythiæ oraculo complacuiſſe, ſunt qui tradant.* Meminit item Pindarus, Pyth. Od. V. & ibidem Scholiaſtes: ac Porhyrius, De Abſtin. lib. I. Alii dicunt, non Ariſtodemi filios, ſed Ariſtodemum, unà cum Creſphonte, & Temeno, regnum avitum, ejecto Temeno, vindicaſſe. Ac ſic ipſi Lacedæmonii, qui nimirum à majoribus id acceperant, memorabant. Herodotus, lib. VI. Λακεδαιμόνιοι γὰρ, ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιητῇ, λέγουσιν, αὐτὸν Ἀριστόδημον, τὸν Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, βασιλεύοντα, ἀγαγεῖν σφέας ἐς ταύτην τὴν χώρην, τὴν νῦν ἐκτέαται, ἀλλ' οὐ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. *Etenim Lacedæmonii, nulli poëtæ aſſentientes, dicunt, ipſum Ariſtodemum, filium Ariſtomachi, qui Hylli, regnantem, ſe in eam regionem, quam nunc poſſident, deduxiſſe, non Ariſtodemi filios.* Eodem modo & Vellejus, lib. I. *Pelopis progenies, qui omni hoc tempore, pulſis Heraclidis, Peloponneſi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. Duces recuperandi imperii fuere, Temenus, Creſphontes, Ariſtodemus: quorum atavus fuerat.* Sed corruptus leviter locus, & emendo: *quorum abavus fuerat.* Nam Temeni, Creſphontis, & Ariſtodemi, abavus Hercules erat, non atavus. Ecce ſtemma; ipſo Herodoto, in citatis ſtatim verbis memorante. Ariſtodemo, fratribuſque, pater erat Ariſtomachus, avus Cleodæus, proavus Hyllus, abavus Hercules. Ergo ſic reſtituendum. Malè ſtemma computat Iſaacius Tzetzes, ad Lycophronem; &, omiſſo Ariſtomacho, patrem Temeni eſſe Cleodæum dicit: quem Cleodotum ipſe nominat. Ὁ Τήμενος οὗτος, ἔκγονος ἦν Ἡρακλέους. Ἡρακλέους γὰρ καὶ Δηϊανείρας, Ὕλλος· Ὕλλου δὲ, καὶ Ἰόλης, τῆς Εὐρύτου, Κλεόδοτος, Λίχας, καὶ Κῆϋξ· Κλεοδότου, καὶ Περιδέας, ὁ Τήμενος οὗτος, καὶ ἕτεροι. *Temenus hic, Hercule oriundus erat. Herculis enim, & Dejanıræ, Hyllus fuit; Hylli verò, & Iolæ, Euryti filiæ, Cleodolus, Lichus, Ceyx; Cleodoli, & Perideæ, Temenus hic, aliique.* Sortitos autem regionem inter ſeſe, abundè docui, Antiquit. Lacon. lib. III. cap. IX. De oraculo verò Pythiæ, quo utrumque filium Ariſtodemi regem ſibi conſtituere Lacedæmonii jubebantur, adeundus eſt Herodotus: qui rem accuratè narrat, lib. VI. Locus eſt prolixus admodum: itaque remittere Lectorem

ctorem eò, quam tranſcribere hîc, malo. Sciendum verò, Heraclidas jure quodam regnum Spartæ, velut ſibi proprium, repetiiſſe. quippe Hercules, cum, Hippocoonte cæſo, armis id acquiſiviſſet; Tyndarum in id reſtituit: eâ lege, uti liberis illud ſuis, dum maturam ad ætatem pervenirent, conſervaret, Diodorus, lib. IV. Ἀγανακτήσας Ἡρακλῆς, ἐστράτευεν ἐπ' αὐτούς. μεγάλῃ δὲ μάχῃ νικήσας, παμπληθεῖς ἀπέκτεινε. τὴν δὲ Σπάρτην ἑλὼν κατὰ κράτος, κατήγαγεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Τυνδάρεων, τὸν πατέρα τῶν Διοσκούρων, καὶ τὴν βασιλείαν, ὡς δορύκτητον, παρέθετο, προστάξας τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ γενομένοις φυλάττειν. *Indignatus Hercules, bello illos petiit: atque, magno prætio victor, multos admodum interfecit. Spartâ autem vi redactâ in poteſtatem, Tyndarum, Dioſcurorum patrem, in regnum reduxit: idque, velut armis partum, ejus fidei commiſit; cum mandato, uti ſuis illud liberis adſervaret.* Ab hoc verò reditu Heraclidarum, ut id quoque hâc occaſione moneam, Theopompus, Ephorus, Calliſtheneſque, Hiſtoriam ſuam inchoârunt. Diodorus ille idem, in principio libri quarti, quem citavi. Ἔφορος μὲν οὖν ὁ Κυμαῖος, Ἰσοκράτους ὢν μαθητής, ὑποστησάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις, τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη, τὰ δ' ἀπὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱστορίας. Ὁμοίως τούτῳ Καλλισθένης, καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν μύθων. *Itaque Ephorus quidem Cumanus, Iſocratis diſcipulus, cum, quæ publicè geſta eſſent, ſcribere inſtituiſſet, veteres quidem fabulationes omiſit; illa verò, quæ evenerant poſt Heraclidarum reditum, literis prodens, hoc Hiſtoriæ initium fecit. Similiter autem & Calliſthenes, Theopompus, qui fuere eodem ævo, ab antiquis fabulis abſtinuerunt.* Ac de Ephoro, idem quoque dicit Taurus, in Commentario in Timæum Platonis: cujus eſt fragmentum inſigne apud Philoponum, contra Proclum, Æternitate mundi, lib. VI. cap. VIII. Ὡς φαμὲν, Ἔφορον ἀρχὴν εἰληφέναι τῆς ἱστορίας ὑπὲρ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου. *Quemadmodum dicimus, Ephorum Hiſtoriæ ſuæ principium ſumpſiſſe ab Heraclidarum reditu.* Verum, in Heraclidarum quando mentionem incidimus, in Herodoti iſtis verbis, quæ citavi paullo antè, minus rectè Hylli filius appellatur Cleodæus: ita enim illic legitur, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου. *qui Cleodæi, qui Hylli.* Apud Pauſaniam, in Laconicis, ſcri-

ſcribitur ſine diphthongo. Καὶ ἡρῷα Κλεοδέου, τοῦ Ὕλλου, καὶ Οἰβάλου. *Et heroica monumenta Cleodei, Hylli filii, Oebalique.* Suidas. Κλεοδαῖος, ὄνομα κύριον. *Cleodæus, nomen proprium.* Apud Ælianum, Hiſt. Anim. lib. XII. cap. XXXI. item Pindari Scholiaſten, Iſthm. Od. VII. *Cleadas* ſcribitur; ut *Cleodotus*, apud Iſaacium Tzetzen, ad Lycophronem, in citatis antè verbis : corruptiſſimè verò omnium, *Aridæus*, in Porphyrii fragmento, apud Euſebium, De præp. Euangelicâ, lib. V. cap. XX. Equidem fuiſſe verum nomen cenſeo, *Cleodemus* : & auctorem habeo Satyrum, cujus fragmentum illud exſtat apud Theophilum, ad Autolycum, lib. II. Τῆς δὲ, (Δηϊανείρας,) Καὶ Ἡρακλέους, τοῦ Διὸς, οἶμαι Ὕλλον, τοῦ δὲ Κλεόδημον, τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον. *Hujus verò, (Deianiræ,) & Herculis, Jovis filii, filium eſſe Hyllum puto: hujus verò Cleodemum, & illius Ariſtomachum.* Lacedæmoniis, quorum lingua erat Dorica, Κλεόδαμος dicebatur: & in Corinthiacis Pauſanias non aliter ſcribit. Ἐς δὲ Σικυῶνα ἦλθεν ὁ Φάνης, ὅ τε Ἀριστόμαχος, ὁ Κλεοδάμου. *Sicyonem verò venit Phanes, & Ariſtomachus, Oleodami filius.* Hinc librarii negligentes fecere nobis Κλεοδαῖος, Κλεόδοτος & Κλεάδας: ac, qui peſſimè ſcripſerè, Ἀριδαῖος. Et confirmat emendationem meam, quod Apollodoro ille, nomine æquivalente, Κλεόλαος appelletur.

# CAPUT VII.

*Heraclidæ, ter conati in Peloponneſum redire, bis fruſtrati, tertiò demum, quod volebant, effecerunt: Ac primo quidem, occiſo Euryſtheo, voto ſanè ſunt potiti, ſed, obortâ intrâ annum gravi peſte, ab oraculo, ceu intempeſtivè nimium rediiſſent, juſſi exire, ſedem ſuam Marathone poſuere. Deinde iterum conati, duce Hyllo, & oraculo, quòd rogârant, malè intellecto, rurſum voto exciderunt: & ex pacto, cæſo Hyllo in certamine ſingulari, annis quinquaginta, aut centum, ut alii tradunt, emanere ac redire Tricorynthum, ſunt coacti. Quantum temporis inter primam & ſecundam expeditionem fuerit. Oraculum autem, quod his datum, quale fuerit. Expeditionem verò hanc eveniſſe, non Tiſameno regnante, nec Oreſte, verum Alreo, demonſtratum: & Apollodori error indicatus.*

VErum de Heraclidarum in Peloponneſum reditu, variè Scriptores tradunt; quæ hîc pluribus explicare, illuſtrandæ Antiquitati, minimè alienum fuerit. Bis conati patriam recuperare, duce Hyllo, Herculis filio, primò quidem, interfecto Euryſtheo, ejuſque filiis, in Peloponneſum ſuam rediere, ſed, obortâ intrà annum gravi peſte, ab oraculo, ceu intempeſtivè nimis rediiſſent, juſſi exire, Marathonem Atticæ ſe receperunt. Apollodorus, lib. II. Ἀθηναῖοι δὲ, οὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς, (τοὺς Ἡρακλείδας,) πρὸς τὸν Εὐρυσθέα, πόλεμον ὑπέστησαν. καὶ τοὺς μὲν παῖδας αὐτοῦ, Ἀλέξανδρον, Ἰφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην, ἀπέκτειναν· αὐτὸν δὲ Εὐρυσθέα, φεύγοντα ἐφ' ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παραπεύσαντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Ὕλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν

πεμὼν, Ἀλκμήνῃ δίδωσιν. ἡ δὲ, κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτοῦ. ἀπολομένου δὲ Εὐρυσθέως, ἐπὶ Πελοπόννησον ἦλθον οἱ Ἡρακλεῖδαι, καὶ πάσας εἷλον τὰς πόλεις. ἐπὶ ἐνιαυτοῦ δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γενομένη φθορὰ, πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε· καὶ ταύτην χρησμὸς διὰ τοὺς Ἡρακλεῖδας ἐδήλου, πρὸ γὰρ τοῦ δέοντος αὐτοὺς κατελθεῖν. ὅθεν, ἀπολιπόντες τὴν Πελοπόννησον, ἦλθον εἰς Μαραθῶνα, κἀκεῖ κατῴκησαν. *Athenienſes verò, non dedentes eos (Heraclidas) Euryſtheo, bellum ſuſtinuerunt: & ejus filios, Alexandrum, Iphimedontem, Eurybium, Mentorem, ac Perimedem, occiderunt. ipſum autem Euryſtheum, in curru fugientem, ac Scironides jam petras prætervectum, perſecutus Hyllus cædit, atque caput amputatum dat Alcmenæ: illa verò, oculos ei radiis textoriis effodit. Itaque occiſo Euryſtheo, Heraclidæ in Peloponneſum redeunt, atque urbes omnes capiunt. Verum, intrà annum, poſtquam ipſi rediiſſent, peſtis totam Peloponneſum invadebat; quam oraculum propter ipſos, quod nimis intempeſtivè reverſi eſſent, eveniſſe indicabat: ideoque, Peloponneſum relinquentes, Marathonem retrogreſſi, ibi ſedem poſuere.* Diodorus, pro Marathone Tricorynthum, & hanc item Atticæ Tetrapoleos urbem, quam inhabitandam illis ab Athenienſibus fuiſſe datam antè dixit, rediiſſe illos tradit. Vide eum, lib. IV. De ſecundâ verò expeditione, Apollodorus ita ait. Ὕλλος δὲ, τὴν μὲν Ἰόλην, τὴν Εὐρύτου, κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἐντολὴν ἔγημε· τὴν δὲ κάθοδον ἐζήτει τοῖς Ἡρακλείδαις κατεργάζεσθαι. διὸ παραγενόμενος εἰς Δελφοὺς, ἐπυνθάνετο πῶς ἂν κατέλθοιεν. ὁ δὲ θεὸς ἔφησε, περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. νομίσας δὲ Ὕλλος, τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσοῦτον περιμείνας χρόνον, σὺν τῷ στρατῷ κατῄει τοὺς Ἡρακλεῖδας ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου υἱοῦ, βασιλεύοντος τῶν Πελοποννησίων. καὶ, γενομένης πάλιν μάχης, νικῶσι Πελοποννήσιοι, καὶ Ἀριστόμαχος θνήσκει. *Hyllus verò, ut à patre juſſus erat, Iolen quidem, Euryti filiam, conjugem cepit; reditum autem Heraclidis ut perficeret, operam dabat. Itaque, profectus Delphos, quomodò reverterentur, ſciſcitatur. deus verò reſpondebat, tertio fructu exſpectato redituros. Atque Hyllus, tertium fructum pro triennio accipi debere ratus, eo tempore exſpectato, Heraclidas cum exercitu in Peloponneſum reducit; cum Peloponneſiis Tiſamenus, Oreſtis filius, tunc rex eſſet. ac, commiſſa rurſum pugnâ, referunt victoriam Peloponneſii, & occumbit Ariſtomachus.* Diodorus, non de Ariſtomacho dicit, ſed de

de Hyllo: &, duello, ut convenerat, depugnantem cecidiſſe: atque inde Heraclidas, ex eodem illo pacto, totos quinquaginta annos abſtinere Peloponneſo coactos eſſe: oraculi verò, quod Apollodorus refert, mentionem nullam facit. Verba ejus, ecce iſta, lib. IV. Μετὰ δὲ ταῦτα, οἱ μὲν Ἡρακλεῖδαι πάντες περιβοήτῳ μάχῃ νενικηκότες τὸν Εὐρυσθέα, καὶ διὰ τὴν εὐημερίαν συμμάχων εὐπορήσαντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, Ὕλλου στρατηγοῦντος. Ἀτρεὺς δὲ, μετὰ τὴν Εὐρυσθέως τελευτὴν καταλαβόμενος τὴν ἐν Μυκήναις βασιλείαν, καὶ προσλαβόμενος συμμάχους Τεγεάτας, καὶ τινας ἄλλους, ἀπήντησε τοῖς Ἡρακλείδαις. κατὰ δὲ τὸν Ἰσθμὸν τῶν στρατοπέδων ἀθροισθέντων, Ὕλλος μὲν ὁ Ἡρακλέους εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο τῶν πολεμίων τὸν βουλόμενον, ὁμολογίας θέμενος τοιαύτας. εἰ μὲν Ὕλλος νικήσει τὸν ἀντιταχθέντα, παραλαβεῖν Ἡρακλείδας τὴν Εὐρυσθέως βασιλείαν· εἰ δὲ Ὕλλος λειφθείη, μὴ κατιέναι τοὺς Ἡρακλείδας εἰς Πελοπόννησον ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα. καταβάντος δὲ εἰς τὴν πρόκλησιν Ἐχέμου, τοῦ βασιλέως τῶν Τεγεατῶν, καὶ τῆς μονομαχίας γενομένης, ὁ μὲν Ὕλλος ἀνῃρέθη, οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι, κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἀπέστησαν τῆς καθόδου, καὶ τὴν εἰς Τρικόρυνθον ἐπάνοδον ἐποιήσαντο. *Poſt hæc verò, Heraclidæ quidem omnes, inſigni de Euryſtheo victoriâ potiti, ſociiſque, propter ſtatum rerum proſperum, abundantes, Hyllo duce, arma in Peloponneſum infeſta ducunt. Atreus verò, poſt Euryſthei interitum, regnum Mycenarum nactus, & accitis in auxilium Tegea aliiſque, objicit ſe Heraclidis. Poſtquam verò in Iſthmum copiæ conveniſſent, Hyllus quidem, Herculis filius, hoſtium quicunque vellet ad duellum provocabat, additâ conditione; ut, ſi quidem ipſe vinceret, regnum Euryſthei Heraclidis traderetur; ſin ſucccumberet, illi in Peloponneſum intrà annos quinquaginta ne rediret. Progreſſo verò juxtà provocationem rege Tegeatarum Echemo, cum inter ſe depugnarent, Hyllus quidem eſt occiſus, Heraclidæ verò, ut convenerat, à propoſito redeundi deſiſtentes Tricorynthum ſunt reverſi.* A primâ verò expeditione eorum, ad ſecundam hanc, anni intererant viginti. Scholiaſtes Thucydidis, ubi duos ultimos conatus redeundi refert, lib. 1. Ἡ δὲ πρώτη ἐσβολὴ, πρὸ ἐτῶν εἴκοσιν ἦν. *Prima verò impreſſio, annis viginti præceſſit.* Obſerva autem, in his Diodori verbis, in Iſthmo congreſſos eſſe: nam irrumpere per hunc ipſum Heraclidæ conſtituerant, malè intellecto oraculo, cujus iſte verſus erat.

Νίκην σοι φαίνουσι, θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.

*Victoriam tibi oſtendunt Dii per viam anguſti maris.*

Vide inſigne fragmentum Porphyrii, de defectu oraculorum, apud Euſebium, De Præp. Evang. lib. V. cap. XX. Certè dixerat oraculum non de Iſthmo, verùm de Criſſæo ſinu. Scholiaſtes Thucydidis, de ſecundâ, & tertiâ, expeditione narrans, lib. I. Οἱ γὰρ Ἡρακλεῖδαι, βουλόμενοι κατελθεῖν εἰς Πελεπόννησον, εἴροντο τὸν Ἀπόλλωνα· ὁ δὲ αὐτοῖς ἀνεῖλε, διὰ τῶν στενῶν εἰσβαλεῖν. οἱ δὲ, νομίσαντες τὸν Ἰσθμὸν λέγειν αὐτὸν, καὶ ἀστοχήσαντες τοῦ χρησμοῦ, προσβάλλουσι τοῖς Πελοποννησίοις κατὰ τὸν Ἰσθμόν· καὶ ἡττηθέντες, ἐποιήσαντο σπονδὰς, ὥστε ἑκατὸν ἔτη παραχωρῆσαι τὴν χώραν Πελοποννησίοις. μετὰ δὲ τὰ ἑκατὸν ἔτη, πάλιν εἴροντο τὸν Ἀπόλλωνα περὶ τῆς καθόδου. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὖθις, διὰ τῶν στενῶν εἰσβάλλειν. ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Δωριέων, ὡς καὶ πρότερον εἶεν ἠπατημένοι, εἶπεν, ὡς οὐ συνήκατε τὸν χρησμόν. στενὰ γὰρ, λέγω τὸν Κρισσαῖον κόλπον. οἱ δὲ, ἐντεῦθεν ἐπιχειρήσαντες, ἔτυχον τῆς καθόδου, ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα. *Heraclidæ enim, redire in Peloponneſum cupientes, Apollinem ſciſcitantur: iſque reſpondet ipſis, uti per anguſta irrumperent. illi verò, Iſthmum eum dicere exiſtimantes, nec oraculum aſſecuti, impetum ſecundum Iſthmum in Peloponneſios faciunt. Ac devicti, paciſcuntur; ſe Peloponneſiis per centum annis regionem relicturos. Poſt quòd tempus, iterum de reditu Apollinem rogant: iſque iterum reſpondet, uti per anguſta irrumperent. Cumque contrà reſponderent Dorienſes, anteà ſe etiam ſic deceptos eſſe; ille regerit, haud intellexiſſe oraculum; nam anguſta, ſinum ſe Criſſæum dicere. Itaque per hunc aggreſſi, reditum ſunt conſecuti, annis poſt Trojanum bellum octoginta.* Dicit verò Diodorus, in citatis antè verbis, Heraclidas, ſi ſuccumberent, tantum in annos quinquaginta pactos eſſe: ac confirmat, dum mox, proſequens hiſtoriam, ita ait. Οἱ δ' ἄλλοι, (Ἡρακλῆδαι) πάντες, ἐν Τρικορύνθῳ κατοικήσαντες, ὡς ὁ πεντηκονταετὴς χρόνος διῆλθε, κατῆλθον εἰς Πελοπόννησον. *Cæteri autem (Heraclidæ) omnes, qui Tricorynthi habitaverant, cum elapſi quinquaginta anni eſſent, in Peloponneſum redierunt.* Sed diſſentiunt hic alii; atque annos centum tradunt. Vides

des in citatis verbis Scholiaſtæ. Καὶ ἡττηθέντες, ἐποιήσαντο σπονδὰς, ὥστε ἑκατὸν ἔτη παραχωρῆσαι τὴν χώραν Πελοποννησίοις. *Ac devictis paciſcuntur, ſe Peloponneſiis per centum annos regionem relicturos.* Et mox. Μετὰ δὲ τὰ ἑκατὸν ἔτη, πάλιν εἴροντο τὸν Ἀπόλλωνα περὶ τῆς καθόδου. *Et, elapſis centum his annis, iterum de reditu Apollinem rogant.* Neque aliter Herodotus, lib. IX. Τότε ὦν λόγος, Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς χρεὼν εἴη, τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν συμβαλόντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἂν σφέων αὐτέων κρίνωσι εἶναι ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι, ταῦτα εἶναι, ποιητέα. καὶ ἔταμον ὅρκιον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι τοὺς Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρῷα· ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιήν. ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι, κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. *Tunc dixiſſe Hyllum ferunt, non oportere, ut exercitus uterque confligendo periclitetur. Verum ut conditionibus propoſitis, ſecum pugnâ ſingulari dimicaret, quem Peloponneſii è ſuo exercitu præſtantiſſimum judicarent. Ac Peloponneſiis conditio placuit: victimâque immolatâ, jusjurandum præſtiterunt in hæc verba. Si Peloponneſiorum ducem Hyllus ſuperaret, ut in patriam Heraclidæ reverterentur: ſin inferior autem fieret, retrò Heraclidæ recederent, & exercitum abducerent; neu redire in Peloponneſum quærerent annis centum.* Sed, quod porrò ad hanc Hylli expeditionem pertinet, magnus certè error eſt Apollodori, qui regnante jam Tiſameno factam tradit; cum is nondum eo tempore natus fuerit. Verba ejus, ecce iſta, lib. II. Νομίσας δὲ Ὕλλος τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσοῦτον περιμείνας χρόνον, σὺν τῷ στρατῷ κατῄει τοὺς Ἡρακλέους ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου υἱοῦ, βασιλεύοντος Πελοποννησίων. *Arbitratus verò Hyllus, tertium fructum tempus triennale dici, cum exercitu Heraclidas in Peloponneſum reducit, Tiſameno, Oreſtis filio, apud Peloponneſios regnante.* Neque rectè etiam alii ſub Oreſte accidiſſe ſunt auctores: quos refutat & Pauſanias, in Arcadicis. Λυκούργου δὲ ἀποθανόντος, Ἔχεμος, ὁ Ἀερόπου, τοῦ Κηφέως, τοῦ Ἀλέου, τὴν Ἀρκάδων ἔσχεν ἀρχήν. ἐπὶ τούτου Δωριεῖς κατιόντας ἐς Πελοπόννησον, ὑπὸ ἡγεμόνι Ὕλλῳ τῷ Ἡρακλέους, Ἀχαιῶν περὶ Ἰσθμὸν τὸν Κορινθίων κρατοῦσι μάχῃ, καὶ Ἔχεμος ἀποκτείνυσιν Ὕλλον μονομαχήσαντα κατὰ πρόκλησιν. Τάδε γὰρ ἐφαίνετο εἰκότα εἶναί μοι μᾶλλον ἢ ὁ πρότερος λόγος,

ἐν ᾧ βασιλεύειν τε Ἀχαιῶν τηνικαῦτα Ὀρέστην ἔγραψαν, καὶ Ὕλλον ἐπὶ Ὀρέστου βασιλεύοντος ἀποπειράσαι καθόδου τῆς ἐς Πελοπόννησον. *Mortuo verò Lycurgo, Echemus, Aëropi filius, Cephei nepos, Alei pronepos, regnum Arcadum obtinuit. Hoc regnante, Achæi Dorienſes ad Iſthmum Corinthiorum prælio fuderunt, duce Hyllo, Herculis filio, reditum in Peloponneſum molientes: eâque in pugnâ Hyllum interfecit Echemus, cum eo ſingulari certamine ex provocatione congreſſus. Hæc autem vero mihi propiora videbantur, quam quod à nonnullis dictum, qui ſcripſere, tunc regnaſſe apud Achæos Oreſten: & regnante Oreſte Hyllum reditum in Peloponneſum tentaviſſe.* Vera res eſt, Atreum tunc regnaviſſe. Clarè Diodorus, in citatis antè verbis, ubi Hylli hanc ſecundam expeditionem refert. Ἀτρεὺς δὲ, μετὰ τὴν Εὐρυσθέως τελευτὴν καταλαβόμενος τὴν ἐν Μυκήναις βασιλείαν, καὶ προσλαβόμενος συμμάχους Τεγεάτας, καὶ τινας ἄλλους, ἀπήντησε τοῖς Ἡρακλείδαις. *Atreus verò, poſt Euryſthei interitum regnum Mycenarum nactus, & accitis in auxilium Tegeatis, ac nonnullis item aliis, objicit ſe Heraclidis.* Et hoc magis cum oraculo, quod jubebat generationem tertiam exſpectare, conſentaneum. quippe Atrei, primâ generatione, erat Menelaus, ſecundâ Oreſtes, tertiâ Tiſamenus: ſub quo in Peloponneſum, ut promiſſum ab oraculo, Heraclidæ rediere.



C A-

# CAPUT VIII.

*Tertio conatu demum patriam recuperârunt Heraclidæ; paratis in Ætoliæ loco quodam navibus, cui hinc* Ναύπακτος *nomen datum. Marcianus Heracleota emendatus. Ac dum iſtis hærent, fulmine Ariſtodemus ictus obit, & exercitus diſſolvitur. Quo mox iterum collecto, juſſu oraculi, & trioculo duce ſumpto, Oxylo, Andræmonis filio, capiunt Peloponneſum, ac ſortitò partiuntur, ſtructis Iovi Patrio aris: in quîs ſacra cum feciſſent, ſignum unicuique ſuum ſuâ in arâ eſt repertum. Tempus autem, quo Peloponneſum ſuam receperunt Heraclidæ, variè admodum ab antiquis indicatum: & nonnulli eveniſſe anno ſexageſimo poſt Trojam expugnatam tradunt; alii verò octogeſimo; quidam, centeſimo, & viceſimo, aut octogeſimo.*

BIs conatus ſui fruſtra Heraclidæ, explicato jam oraculo, uti dixi, & intrandum per Criſſæum ſinum edocti, denuò redire tentant, & propoſito potiuntur. Erant verò illi, Temenus, ac Creſphontes, & Ariſtodemus, fratres: & dux expeditionis ipſe Temenus, inter fratres natu major. Iſque, exercitu parato, naves etiam ſibi parat in Ætoliæ loco quodam, cui Naupacto inde nomen. Apollodorus, lib. II. Ταῦτα Τήμενος ἀκούσας, ἡτοίμασε τὸν στρατὸν, καὶ ναῦς ἐπήξατο ἐν τῷ Αἰτωλίας τόπῳ· ἔνθα νῦν ἀπ' ἐκείνου ὁ τόπος Ναύπακτος λέγεται. *Hæc cum audiiſſet Temenus, exercitum paravit, & naves fabricavit, in Ætoliæ eo loco, qui nunc ex re hâc Naupactus appellatur.* Emendandus Marcianus Heracleota, in Periegeſi ſuâ.

Πρὸς τῷ ῥίῳ ἢ κεῖται Ναύπακτος πόλις·
Ἣν Δωριεῖς κτίζουσιν, οἱ σὺν Τημένῳ.

*Promontorioque adjacet Naupactus urbs:*
*Quam condidere Dorienſes, qui cum Temeno.*

Hodiè corruptè editur, οἱ σὺν Τιμέσῳ. *qui cum Timeſo.* Strabo, lib. IX. Ναύπακτος, ὠνόμασται ἀπὸ τῆς ναυπηγίας, τῆς ἐκεῖ γενομένης, τῶν Ἡρακλειδῶν ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τὸν στόλον. *Naupactus, nominata eſt à navibus ibi fabricatis: cum claſſem illic Heraclidæ ſuam ſtruerent.* Videndus quoque Stephanus, in Ναύπακτος. Ac, dum hærent ad Naupactum, Ariſtodemus, Temeni, & Creſphontis, frater, fulmine percuſſus obit, filios relinquens geminos, Euryſthenem, & Patroclem, ſive, ut alii vocant, Proclem quin exercitus univerſus in ingentem morbum incidit, ob occiſum ab Hippote vatem quendam; quem exiſtimabant magum, à Peloponneſiis miſſum, in exercitus perniciem. quo facto, rei navalis apparatus, claſſe perditâ, diſperiit; ac cum fame peditatus itidem divexaretur, mox exercitus dilabitur. Temeno verò, de hâc clade oraculum rurſum conſulenti, eſt reſponſum; ea ipſi propter vatem interfectum eveniſſe: itaque & homicidam in decennium relegaret, & trioculo belli duce in biennium uteretur. Quorum primum cum feciſſet, & trioculum item ducem inveniſſet, Oxylum, Andræmonis filium, initâ deinde pugnâ, terrâ ac mari victores, Peloponneſum redigunt in poteſtatem. Vide fuſè hæc narrantem Apollodorum, libro citato. Ac de Oxylo quidem duce, ſpeciatim etiam Scholiaſtes Pindari, Olymp. Od. III. Strabo, lib. VIII. & X. ac Pauſanias, Eliacorum lib. I. Stephanus, in Σφακτηρία, nomen iſtud loco illi datum tradit, quod, peractis ibi ſacris, Heraclidæ amicitiam cum eo contraxerint. Accepiſſe verò Elidem, pretium navatæ operæ, refert Strabo, lib. VIII. & Scholiaſtes Pindari, ad Olymp. Od. III. Ac Laconicam quidem ipſam, prodidit Philonomus quidam: qui proditionis præmium urbem Amyclas eſt adeptus, ut mox dicam. Poſt redactam verò in poteſtatem Peloponneſum, conſtitutis Jovi Patrio tribus aris, cum in his ſacrificaſſent, urbes

inter ſe ſortitò partiuntur; Temenoque Argos quidem, Creſphonti Meſſene, filiis Ariſtodemi, Euryſthemi, ac Procli, Lacedæmon obvenit. Apollodorus, libro citato. Ἐπειδὴ ἐπεκράτησαν (οἱ Ἡρακλεῖδαι) Πελοποννήσου, τρεῖς ἱδρύσαντο βωμοὺς πατρῴου Διός· καὶ ἐπὶ τούτων ἔθυσαν, καὶ ἐκληροῦντο τὰς πόλεις. πρώτη μὲν οὖν λῆξις, Ἄργος· δευτέρα Λακεδαίμων· τρίτη δὲ, Μεσσήνη. κομισάντων δὲ ὑδρίαν ὕδατος, ἔδοξε ψῆφον βαλεῖν ἕκαστος. Τήμενος οὖν, καὶ οἱ Ἀριστοδήμου παῖδες, Πρόκλης, καὶ Εὐρυσθένης, ἔβαλον λίθους. Κρεσφόντης δὲ, βουλόμενος Μεσσήνην λαχεῖν, γῆς ἐνέβαλε βῶλον. ταύτης δὲ διαλυθείσης, ἔδει τοὺς δύο κλήρους πρώτους ἀναφανῆναι. ἑλκυσθείσης δὲ πρώτης μὲν τῆς Τημένου, δευτέρας δὲ τῆς κλήρου τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, Μεσσήνην ἔλαβε Κρεσφόντης. *Poſtquam verò (Heraclidæ) Peloponneſo potiti ſunt, tres aras Iovi Patrio dedicârunt: &, in iſtis factis ſacris, urbes ſorte partiebantur. Ac prima quidem ſortitio, Argos fuit; ſecunda, Lacedæmon; tertia verò, Meſſene. Cum autem ſitulam aquæ plenam intuliſſent, placitum cuique fuit, ut injicerentur ſortes. Itaque Temenus, & Ariſtodemi filii, Procles, & Euryſthenes, calculos injecerunt: Creſphontes verò, cupiens Meſſenen habere, glebam terræ injecit: quâ reſolutâ, priores illas duas ſortes antè prodire neceſſe erat. Eductâ itaque primò quidem Temeni ſorte, cum ſecunda filiorum Ariſtôdemi eſſet, Meſſenen accepit Creſphontes.* Sed de hâc ſortitione plura dixi, Antiqu. Lacon. lib. III. cap. IX. Poſt peracta verò ſacra, ſignum quiſque in arâ ſuâ deprehendit. Eſt in hanc rem unicus Apollodori iſte locus, qui ſubjungitur præcedenti. Ἐπὶ δὲ τοῖς βωμοῖς, οἷς ἔθυσαν, εὗρον σημεῖα κείμενα· οἱ μὲν λαχόντες Ἄργος, ἐπὶ τὸ ἴδιον, φρύνον· οἱ δὲ Λακεδαίμονα λαχόντες, δράκοντα· οἱ δὲ Μεσσήνην, ἀλώπεκα. περὶ δὲ τῶν σημείων, ἔλεγον, οἱ μάντεις, τοῖς μὲν τὸν φρύνον καλαβοῦσιν, ἐπὶ τῆς πόλεως μένειν ἄμεινον· μὴ γὰρ ἔχειν ἀλκὴν πορευόμενον τὸ θηρίον τοὺς δὲ δράκοντα καταλαβόντας, δεινοὺς ἐπιόντας ἔλεγον ἔσεσθαι· τοὺς δὲ ἀλώπεκα, δολίους. *Porrò in aris, in quibus immolaverint, ſigna jacentia invenerunt. Nam privatim quibus Argos obtigeret, rubetam; quibus Lacedæmon, draconem; quibus autem Meſſene, vulpem. De ſignis verò, ita vates interpretabantur, ut rubetam quidem nactis, melius foret in urbe manere: nam hoc animal, ſi incedat, vires minimè habere. qui draconem nacti eſſent, eos invadentes formidabiles futuros: qui adepti vulpem eſſent, doloſos fore.* Quando verò reditus Heraclidarum hic acciderit, variè

Auctores tradunt. Strabo, refert eveniſſe annis poſt deletam Trojam ſexaginta. Ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον, ὑπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον. *Annis poſt excidium Trojæ ſexaginta, ſub Heraclidarum ipſum in Peloponneſum reditum.* Tantundem temporis etiam Pauſanias tradit, qui ætates duas dicit: nam, ut notum, apud Græcos Γενεὰ triginta annos comprehendit. Verba ejus ecce iſta, in Meſſenicis. Διαπολεμηθέντος δὲ τοῦ πρὸς Ἴλιον πολέμον, καὶ Νέστορος ὡς ἐπανῆλθεν οἴκαδε, τελευτήσαντος, Δωριέων στόλος, καὶ ἡ κάθοδος Ἡρακλειδῶν γενομένη δύο γενεαῖς ὕστερον, ἐξέβαλε τοὺς Νηλέως ἀπογόνους ἐκ τῆς Μεσσηνίας. *Poſt confectum ad Ilium bellum, & defuncto Neſtore poſt reditum ſuum, reduces poſtliminio Dorienſes, cum Heraclidis, duabus poſt ætatibus, Nelei poſteros è Meſſeniâ ejecerunt.* Alii verò, annos octoginta memorant: Strabo. Τὰ δὲ περὶ τοὺς Ἡρακλείδας, λείπεται τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα. *Heraclidarum autem res geſtæ, annis poſt excidium Trojæ octoginta acciderunt.* Tatianus, Orat. contrà Græcos. Τούτων δὲ οἱ περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. *Ex iſtis Crates, ante Heraclidarum reditum floruiſſe Homerum tradit, intrà octoginta annos poſt bellum Trojanum.* Eodem modo Vellejus, lib. I. Clemens, Strom. I. Scholiaſtes Thucydidis, lib. I. Joannes Tzetzes, Var. Hiſt. Chil. XIII. cap. CCCCXCVI. Nonnulli, extendunt tempus; & centum ac viginti annos: alii, centum & octoginta nobis memorant. Clemens, Strom. I. Ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως, ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι, ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. *A captivitate Trojæ, ad Heraclidarum reditum, anni centum & viginti, vel centum octoginta.*

# CAPUT IX.

*Duo ſemper Spartæ reges. Ampelii de illis locus emendatus. Duarum regiarum Spartæ familiarum origo: è quârum primâ, oriundi, Ἀγιάδαι, ſive Ἀγίδαι, appellati, à ſecundo rege Agide; Euryſthei, ſive Euryſthenis, filio. Eorum monumenta, ubi: iſque locus, Ἀγιάδαι nuncupatus. Et Euryſtheus ille quidem, regnum annos quadraginta duos tenuit. Ejus domus: ab Ariſtodemo patre ſtructa, poſteaque ab Ageſilao rege habitata. Succeſſit ei filius, Agis; qui regnavit annum unicum: ſicut Echeſtratus, ejus filius, triginta quinque. Huic, Labatas ſucceſſit: qui eſt aliis Leobotes. Herodoti de eo error indicatus. Huic, ſucceſſit filius, Doryſſus: atque illi, Ageſilaus. Tempus regni utriuſque. Doryſſus, aliis Doryſſæus, vel Doryagus, nominatur. Pauſaniæ duplex error oſtenſus. Ageſilao, ſucceſſit Archelaus: deque ejus regni annis emendatus Marianus Scotus. Archelao, ſuccedit Telectus; deque eo Diodori Siculi locus emendatus: huic, Alcamenes; qui regnavit annos ſeptem, & triginta; ſicut iſte, quadraginta.*

POſt Heraclidarum reditum, quem jam pluribus enarravi', duos ſemper reges ſibi Lacedæmonii habuerunt: neque aliunde legere eos licitum. Inde Nazarius, in Panegyrico Conſtantini. *Nec Lacedæmoniis magis licuerit hoc inſtituto remp. ſuam tueri, cum regem niſi ex ſtirpe Herculis, non haberent.* Ac de regibus duobus; elegans eſt Mamertini iſte locus, in Panegyrico Maximiani. *Sic fit, ut vobis tantum imperium ſine ullâ æmulatione commune ſit, neque ul-*

*lum vos diſcrimen eſſe vitæ patiamini; ſed planè, ut gemini illi reges Lacedæmonis Heraclidæ, rempublicam pari ſorte teneatis.* Et initium regni Laconici hîc ab Euſebio conſtituitur: cum apud Hebræos Samuël, & Saul, rerum potirentur. Itaque hunc ſequutus Beda, lib. de temp. *Samuël, & Saul, annis XXXII. Lacedæmoniorum regnum exoritur.* Quæ totidem verbis Iſidorus Hiſpalenſis, in Chronico; & Lambertus Schafnaburgenſis. Honorius, De imag. mundi, lib. III. *Samuël judicat Iſraël duodecim annis. Lacedæmonium regnum tunc oritur.* Nec aliter Marianus Scotus, lib. I. æt. III. Primi autem duo reges fuerunt, Euryſthenes, & Procles: ut oſtendam in ſequentibus. In præſens emendandus eſt Ampelii de illis locus, in libro Monoriati. *Euryſthenes, & Procles, gemini: qui, genus ab Heraclidis deducentes primus, parte regna regnaverunt.* Reſtituo, *qui, genus ab Heraclidis deducentes, primi Spartæ regnaverunt.* Illud *regna*, eſt ab oſcitante librario, qui duas primas Syllabas dictionis regnaverunt, negligenter geminaverat: cætera emendatio, clara eſt, & certa. Primus verò familiæ primæ, fuit EURYSTHENES, ſive EURYSTHEUS, ut ab aliis appellatur: qui regnavit annos quadraginta duos. Euſebius. Λακεδαιμονίων πρῶτος ἐβασίλευσεν Εὐρυσθεὺς, ἔτη μβʹ. Quæ ſic vertit Hieronymus. *Lacedæmoniorum primus Euryſtheus, annis XLII.* Marianus Scotus. *In Lacedæmone primus regnavit Euryſtheus, annis XLII.* Ab hoc reges ejus familiæ Εὐρυσθενίδαι appellati. Auctor Anonymus, De regibus Lacedæmoniorum, quem, à Caſaubono exhibitum, ex illuſtri Bibliothecâ Chriſtianiſſimi Galliæ regis, Scaliger in lucem dedit, cum Euſebianis ſuis. Πρῶτος, Εὐρυσθένης Ἀριστοδήμου, ἑνὸς τῶν Ἡρακλειδῶν· ἀφ᾽ οὗ πρῶτος οἶκος βασιλέων Εὐρυσθενίδαι ἐκλήθησαν. *Primus, Euryſthenes Ariſtodemi, unius ex Heraclidis: à quo reges primæ familiæ Euryſthenidæ nuncupati.* Ejus domus memoratur; & inhabitata regi poſteà Ageſilao. Cornelius Nepos, in ejus Vitâ. *Domo eâdem fuit contentus, quâ Euryſthenes, progenitor majorum ſuorum, fuerat uſus.* Ac videtur ab Ariſtodemo ſtructa, ejus patre. Indicat Plutarchus illud, in Ageſilai vitâ, ubi de illius domo. Οὐκ οἰκίας (ἤλλαξε) κατασκευὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν, οὕτως οὔσας σφόδρα παλαιὰς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας, ἃς ἐπέθηκεν Ἀριστόδημος. *Haud (mutavit) do-*

*mûs*

*mus fabricam, ſed reliquit etiam fores, quæ adeò vetuſtæ erant, ut hæ ipſæ viderentur, quas Ariſtodemus appoſuerat.* Succeſſit ei filius, AGIS: à quo reges inſecuti, Ἀγίδαι dicti; ſive, ut alii, Ἀγιάδαι. Pauſanias. Εὐρυσθένει, πρεσβυτέρῳ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων ἡλικίαν, γενέσθαι λέγουσιν υἱὸν Ἆγιν. ἀπὸ τούτου δὲ, τὸ γένος τοῦ Εὐρυσθένους καλοῦσιν Ἀγίδας. *Euryſtheni, filiorum Ariſtodemi natu maximo, filium fuiſſe dicunt Agin: ab hoc verò Euryſthenis poſteros vocant Agidas.* Anonymus, De reg. Lacedæm. Δεύτερος, Ἆγις. ἀπὸ τούτου οἱ Εὐρυσθενίδαι καλοῦνται καὶ Ἀγίδαι. *Secundus, Agis. Ab hoc Euryſthenidæ vocantur etiam Agidæ.* Meminit Plutarchus, in Lyſandro; & & Themiſtius, Orat. I. Ac ſepulcra illis propria erant, juxta Theomelidam. Pauſanias. Καλεῖται δὲ ἐν τῇ Σπάρτῃ Θεομηλίδα χωρίον. κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως, τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσί. *Eſt Spartæ vicus Theomelida. In hâc urbis* parte, ſepulcra ſunt regum Agiadarum. Meminitque iterum poſteà. Εἰς τοῦτον τὸν Δρόμον ἰόντι ἀπὸ τοῦ τάφου τῶν Ἀγιδῶν, ἔστιν ἐν ἀριστερᾷ μνῆμα Εὐμέδους. *In Dromum hunc eunti à ſepulcro Agidarum, ad ſiniſtram monumentum eſt Eumedis.* Eſtque ſine dubio hic ipſe locus, Ἀγιάδαι, eâ ex re, appellatus. Heſychius. Ἀγιάδαι, τόπος ἐν Λακεδαιμονίᾳ. *Agiadæ, locus Lacedemoniæ.* Quæ totidem verbis Etymologici quoque Auctor. Sub hoc rege, Lacedęmonii unà cum Patreo urbem Patras in Achajâ condidere: ut Pauſanias nos docet, in Laconicis, & Achaicis; & Anonymus, libro citato. Regnum verò Agis iſte annum tantum unum tenuit, ut Euſebius nobis tradit; & ex eo Marianus quoque Scotus. Dicitur vero *Hegeſis* Herodoto, lib. VII. Succeſſit filius, ECHESTRATUS. Anonymus, lib. De reg. Laced. Τρίτος, Ἐχέστρατος, ὁ τοῦ Ἄγιδος. *Tertius, Echeſtratus, filius Agidis.* Indicat etiam Pauſanias. Ἐπὶ δὲ Ἐχεστράτου, τοῦ Ἄγιδος, βασιλεύοντος ἐν Σπάρτῃ. *Sub Echeſtrato verò, Agidis filio, Spartæ regnante.* Sub hoc ejecti ſedibus ſuis Cinyrenſes: ut Pauſaniæ, & Anonymo, memoratur. Regnavit autem annis quinque, & triginta. Euſebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσε τρίτος Ἐχέστρατος, ἔτη λέ. Hieronymus. *Lacedæmoniorum tertius Echeſtratus, annis XXXV.* Marianus Scotus. *Lacedæmoniorum ſecundus, Agis, anno regnavit uno. Poſt quem tertius, Echeſtratus, annis triginta quinque.* Meminit ejus & Herodotus, lib. VII. Succeſſit verò



RIGGS LIBRARY,
GEORGETOWN UNIVERSITY,
WASHINGTON, D. C.

verò filius, LABOTAS. Anonymus, De reg. Laced. Τέταρτος, Λαβώτας, ὁ Ἐχεστράτου. *Quartus, Labotas, Echeſtrati filius.* Pauſanias. Ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς, Λαβώτας, ὁ Ἐχεστράτου, τὴν ἀρχὴν ἔχεν ἐν Σπάρτῃ. *Annis verò non nullis pòſt, Labotas, Echeſtrati filius, Spartæ principatum tenuit.* Meminit ejus & Herodotus, cui *Leobotes* dicitur, Doricâ dialecto, lib. I. Αὐτοὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον, ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. *Ipſi Lacedæmonii dicunt, Lycurgum, qui Leobotæ, nepotis ex fratre, tutor fuit, & regnavit apud Spartanos, hæc è Cretâ attuliſſe.* Quem locum reſpexit Pauſanias, iſtis verbis. Ἡρόδοτος, ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Κροῖσον, ὑπὸ Λυκούργου, τοῦ θεμένου τοὺς νόμους, φησὶν, ἐπιτροπευθῆναι παῖδα ὄντα, Λεωβώτην δὲ οἱ τίθεται τὸ ὄνομα, καὶ οὐ Λαβώταν. *Herodotus, ubi de Cræſo verba facit, dicit, ſub Lycurgi, qui leges tulit, tutelâ eum fuiſſe, cum puer eſſet: & Leoboten, non Labotam, ipſum appellat.* Et Leobotes, etiam Mariano dicitur. Sed Herodoti, qui nepotem Lycurgi ex fratre facit, & tutorem item illum ejus nominat, eſt memoriæ magnus lapſus: ſiquidem, Leobote puero, necdum natus erat Lycurgus, quem ſub rege Archelao, anno regni ejus triceſimo, leges demum ſuas tuliſſe, doceo Laconicarum Antiquitatum lib. II. cap. I. Ac triceſimus iſte Archelai annus, erat à Labotæ morte tertius jam & centeſimus. Inſuper, nec patruus Labotæ hujus potuit Lycurgus eſſe, cum is ex Agiadis foret, ipſe verò Eurypontidis, regis Polydectis frater. qui, cum moriens filium poſthumum, Charilaum, ſeu Charillum, ut alii ſcribunt, reliquiſſet, hujus mox tutorem egit. Hoc veriſſimum eſt: ut oſtendam, cum de eo ſum acturus. Itaque Herodoti eſt manifeſtus ſatis error, qui, pro Charilao rege, Leoboten, Lycurgi pupillum fuit. Regnavit autem hic Labatas annis ſeptem, & triginta. Euſebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσε τέταρτος Λαβώτης, ἔτη λζ. Hieronymus. *Lacedæmoniorum quartus regnavit Labotes, annis XXXVII.* Eodem modo eſt apud Marianum Scotum. Ejus apophthegma quoddam memoratur à Plutarcho, inter Laconica. Poſt hunc, filius DORYSSUS regnum tenuit. Anonymus, De reg. Laced. Πέμπτος, Δόρυσσος, ὁ Λαβώτα. *Quintus, Doryſſus, Labotæ filius.* Regnavit autem annos novem, & viginti.

ginti. Euſebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσε πέμπτος Δόρυσσος ἔτη κθ'. Hieronymus. *Lacedæmoniorum quintus Doryſſus, annis XXIX.* Herodoto, Doryagus dicitur, lib. VII. ac Clementi Doryſſæus, Strom. I. Meminit Pauſanias ejus; non duntaxat in Laconicis, verum etiam Meſſenicis: ſed Doryſſus utrobique, ut Euſebio, Hieronymo, & Anonymo, appellatur. Apud Marianum Scotum, eſt Doriachus. *Lacedæmoniorum quintus Doryachus, annis XXIX.* Ejus filius, AGESILAUS I, ſuccedebat. Anonymus. Ἕκτος, Ἀγησίλαος, ὁ Δορύσσου. *Sextus Ageſilaus, Doryſſi.* Regnavit annis quatuor, & quadraginta. Euſebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσεν ἕκτος Ἀγεσίλαος, ἔτη μδ'. Hieronymus. *Lacedæmoniorum ſextus Ageſilaus, annis XLIV.* Marianus. *Lacedæmoniorum ſextus Ageſilaus annis XLIV regnavit.* Itaque Pauſaniæ eſt manifeſtus ſatis error, qui Doryſſum iſtum, patrem, & Ageſilaum, filium, haud diu vixiſſe tradit, illis verbis. Τοὺς δὲ ἐφεξῆς βασιλεύσαντας τῆς οἰκίας ταύτης, Δορυσσὸν τὸν Λαβώτα, καὶ Ἀγησίλαον Δορύσσου, δι' ὀλίγου σφᾶς τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν ἀμφοτέρους. *At qui ex eâ familiâ deinde regnarunt, Doryſſus, Labotæ filius, & Doryſſi Ageſilaus, intrà breve uterque tempus deceſſerunt.* Nam quo modo dici illi deceſſiſſe intrà breve tempus poſſunt, qui regnârunt annos tres & ſeptuaginta? Eodem modo, quod ſubjungit; Ἔθηκε δὲ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους, ἐπὶ τῆς Ἀγησιλάου βασιλείας. *Tulit verò etiam Lacedæmoniis Lycurgus leges regnante Ageſilao.* Etiam hîc eſt magnus error: uti clarè docui, Laconic. Antiqu. lib. II. cap. V. Meminit verò Ageſilai hujus Pauſanias iterum, in Meſſenicis; ut & Clemens, Strom. I. Herodoto verò, utenti Ionicâ dialecto, Ἡγησίλεως nuncupatur, lib. VII. Succeſſit autem ei filius, ARCHELAUS. Anonymus. Ἕβδομος, Ἀρχέλαος, ὁ Ἀγησιλάου. *Septimus, Archelaus, Ageſilai filius.* Pauſanias. Ἀγησιλάου δὲ παῖς ἐγένετο Ἀρχέλαος. *Ageſilai verò filius fuit Archelaus.* Regnavit annis ſexaginta. Λακεδαιμονίων ἕβδομος ἐβασίλευσεν Ἀρχέλαος ἔτη ἑξήκοντα. Hieronymus. *Lacedæmoniorum ſeptimus Archelaus, annis LX.* Corruptus numerus apud Marianum Scotum. *Lacedæmoniorum ſeptimus Archelaus, annis XL.* Reſtitue, & tranſpone literas numerales: *annis LX.* Ejus anno triceſimo, latæ à Lycurgo leges: ut oſtendo Lacon. Antiquit. lib. II. cap. V. Urbem Ægyn, adjuvante Charilao, alterius familiæ rege, expugnavit:

gnavit: ut Pauſanias commemorat, in Laconicis; & Anonymus, De reg. Laced. Huic, TELECLUS ſucceſſit, ejus filius. Anonymus. Ὄγδοος, Τήλεκλος, Ἀρχελάου. *Octavus, Teleclus, Archelai filius.* Regnum verò tenuit annos quadraginta. Euſebius. Λακεδαιμονίων ὄγδοος ἐβασίλευσε Τήλεκλος, ἔτη τεσσαράκοντα. Hieronymus. *Lacedæmoniorum octavus Teleclus, annis XL.* Totidem verbis Marianus. Sub eo Lacedæmonii urbes finitimas, Amyclas, Pharin, & Geranthras, cum Achæi adhuc eas retinerent, bello in poteſtatem redactas everterunt. Pauſanias. Ἀρχελάου δὲ ἦν Τήλεκλος. ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων, πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον, Ἀμύκλας, καὶ Φάριν, καὶ Γερανθράς, ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. *Archelai autem filius erat Teleclus. Hujus temporibus urbes finitimas, Amyclas, Pharin, & Geranthras, bello captas, everterunt, cum Achæi illas adhuc obtinerent.* Ac de Amyclis, meminit Pindarus, Iſthm. Od. VII.

Ἦ Δωρίδ' ἀποικίαν ἡνίκ' ὀρθῷ
Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων· ἕλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγεῖδαι, σέθεν ἔκγονοι.

*An quando Doricam coloniam recto*
*Conſtituiſti in talo*
*Lacedæmoniorum, ceperunt verò Amyclas*
*Ægidæ, tui progenitores?*

Vitam finiit, interfectus à Meſſeniis, in fano Dianæ. Pauſanias. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τούτων, ἀπέθανεν ὑπὸ Μεσσηνίων Τήλεκλος, ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Non multò poſt hæc, Teleclus à Meſſeniis occiſus eſt, in Dianæ fano.* Diodorus Siculus, ubi res Meſſeniorum narrat, in prælio cecidiſſe refert, lib. XV. Μετὰ δὲ ταῦτα, Τηλέκλου, τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων, ἀποθανόντος ἐν ἀγῶνι, κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἱ Μεσσήνιοι. *Poſt hæc verò, cum Teleclus, Lacedæmoniorum rex, in acie cecidiſſet, Meſſenii à Lacedæmoniis ſunt debellati.* Ita locum hunc reſtituo: malè enim hodiè editur, Μετὰ δὲ ταῦτα, Τηλεκλύτου βασιλέως ἰῶν A. *Poſt hæc verò, cum Teleclytus,*

*tus, rex L.* Meminitque ejus, in Dianæ Limnatidis ſano interfecti, idem iterum Pauſanias, in Laconicis, alio loco, & Meſſenicis. Apophthegma ejus quoddam memoratur à Plutarcho, in Apophthegmatibus. Telecli verò filius ALCAMENES fuit: & poſt patrem regnum tenuit. Anonymus. Ἔννατος, Ἀλκαμένης, ὁ Τηλέκλου. *Nonus, Alcamenes, Telecli filius.* Regnavit autem annis ſeptem, & triginta. Euſebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσεν ἔννατος Ἀλκαμένης, ἔτη λζ'. Hieronymus. *Lacedæmoniorum nonus Alcamenes, annis triginta ſeptem.* Mariano, neſcio unde ſumpto nomine, LOCHO dicitur. Pauſanias, ut ſolet, regem nominat, regni annos prætermittit. Τηλέκλου δὲ ἀποθανόντος, Ἀλκαμένης ἔσχεν ὁ Τηλέκλου τὴν ἀρχήν. *Teleclo autem vitâ functo, Alcamenes, Telecli filius, principatum tenuit.*

## CAPUT X.

*Novem priorum regum Agidarum tempus, quo regnârunt, computatum. Cedreni, Euſebii, Bedæ, Mariani Scoti, Lamberti Scafnaburgenſis, & Lucæ Tudenſis, de defectu regni Lacedæmoniorum, magnus error. Procles, familiæ ſecundæ primus, Euryſthene fratre anno uno minus vixit. Utriuſque inter ſe diſcordia, niſi in condendâ Therâ. Alcamenis filius, Polydorus. Ejus geſta; & collega, Theopompus: virtus item, atque cædes, à Polemarcho perpetrata. Honores, qui defuncto habiti. Domus, ab uxore vendita, &* Βοώνητα *appellata.*

HAbes, en, familiæ Agiadarum primós reges, numero novem: ex quibus Euryſthenes primus, ut oſtendi, regnum tenuit annos quadraginta duos, Agis unum, Echeſtratus triginta quinque, Labotas triginta ſeptem, Doryſſus viginti novem, Ageſilaus quadraginta quatuor, Archelaus ſexaginta, Teleclus quadraginta, Alcamene

menes triginta ſeptem. Suntque anni univerſim trecenti quinque: ac rectiſſimè computatum à Cedreno. Τότε καὶ Εὐρυσθεὺς ἐκράτει τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τεσσαράκοντα δύο. καὶ ἄλλοι μετ' αὐτὸν ὀκτώ. τὰ δὲ πάντα ἔτη κατέσχεν ἡ ἀρχὴ αὐτῶν τριακόσια, καὶ εἴκοσι πέντε. *Tunc etiam Euryſtheus regnum in Lacedæmonios tenuit annos quadraginta duos: aliique poſt hunc octo. Anni verò ejus regni univerſi trecenti viginti quinque.* Sed, Cedrene, an hîc reges Lacedæmonii deſierunt? Sic ſtatuere videris, cum haud ullum eſſe ſubſecutum tradas. Verum, quod tu innuis tantum, alii apertè dicunt: & in primâ Olympiade, in quam annus ultimus Alcamenis incidit, defeciſſe. Euſebius, ad illud tempus. Οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ἕως τοῦδε διήρκεσαν. Quæ ſic vertit Hieronymus. *Lacedæmoniorum reges defecerunt.* Et alibi, lib. I. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσεν ἔννατος Ἀλκαμένης, ἔτη λζ'. Οὗτος τελευταῖός ἐστι τῆς πρώτης οἰκίας· τῆς δὲ δευτέρας οἰκίας, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ἐβασίλευσαν ἓξ βασιλεῖς. *Lacedæmoniorum nonus rex Alcamenes, annis XXXVII. Hic ultimus fuit primæ familiæ: è ſecundâ verò, per eadem tempora, reges ſex regnârunt.* In quibus verbis nihil recti, nihil veri eſt. Etenim nec primæ familiæ ultimus Alcamenes fuit, nec ſecundæ per hæc tempora ſex duntaxat regnaverunt: cum Charilaus, qui illius ſeptimus fuit, regnum tenuerit cum collegâ Archelao, item ſeptimo prioris: uti conſtat ex Pauſania, & Plutarcho. Et Euſebium ſequuntur alii; Beda, Marianus Scotus, Lambertus Scafnaburgenſis, & Lucas Tudenſis. Sed profectò eſt hic manifeſtus error: ac fuere poſt Alcamenem, in quo illi defeciſſe regnum volunt, reges plurimi. Vide omnes, cum qui eum ſunt ſecuti, tum familiæ ſecundæ, apud Pauſaniam: qui recenſet accuratè univerſos in Laconicis: item Anonymum, pluribus jam citatum locis, & citandum etiam deinceps. Ego carptim quædam de nonnullis dicam, & quæ maximè memorantur. Inter duos priores reges, Procles quidem, ut junior, ita anno minus vixit, verum rebus geſtis clarior. Cicero, De divin. lib. II. *Procles, & Euryſthenes, Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt. Ac hi nec totidem annos vixerunt: anno Proclis vita brevior fuit, multoque is fratri rerum geſtarum gloriâ clarior.* Et uterque animis inter ſe valdè diſſidebant: tantum in condendâ Therâ coloniâ concordes. Vide Pauſaniam, hæc dicentem, in Laconicis.

Sed

Sed ad reges Agidas jam revertamur: inter quos Alcameni patri, de quo dixi, ſucceſſit filius, POLYDORUS. Anonymus de reg. Laced. Δέκατος, Πολύδωρος, ὁ Ἀλκαμένους. *Decimus, Polydorus, Alcamenis filius.* De eo, atque rebus ejus, ſic Pauſanias. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλκαμένους, Πολύδωρος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν ὁ Ἀλκαμένους, καὶ ἀποικίαν τε ἐς Ἰταλίαν Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐς Κρότωνα ἔστειλαν, καὶ ἀποικίαν ἐς Λοκροὺς, τοὺς πρὸς ἄκρᾳ Ζεφυρίῳ. καὶ ὁ πόλεμος, ὁ καλούμενος Μεσσηνιακὸς, Πολυδώρου βασιλεύοντος μάλιστα ἐς ἀκμὴν προῆλθε. *Alcamene autem mortuo, ejus filius Polydorus regnum adiit: & coloniam Lacedæmonii in Italiam deducere, cum Crotonem, tum & Locros, ad Zephyrium promontorium. Bellum etiam Meſſeniacum appellatum, regnante Polydoro maximè flagravit.* Quæ ex eo quoque Anonymus. Collega ei in regno fuit, ex alterâ familiâ, Theopompus, Nicandri filius, cujus ductu maximè id bellum geſtum eſt. Pauſanias, ibidem. Τοσοῦτον δ' ἐν τῷ παρόντι μνησθησόμεθα αὐτῶν. τὰ πολλὰ ἡγήσασθαι Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ προτέρῳ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ Θεόπομπον, τὸν Νικάνδρου, βασιλέα ὄντα τῆς οἰκίας. *Tantum verò in præſens de iis referemus; primum adverſus Meſſenios bellum maximâ ex parte, Theopompi, alterius familiæ regis, ductu geſtum eſſe.* Memoratque ſtrategema Polydori, quo, diſſidio cum collegâ Theopompo ſimulato, circumventos aſtu Meſſenios profligavit, Polyænus, lib. I. Rhetram utriuſque refert Plutarchus, in Lycurgo. Ὕστερον μέντοι, τῶν πολλῶν ἀφαιρέσει, καὶ προσθέσει τὰς γνώμας διαστρεφόντων, καὶ παραβιαζομένων, Πολύδωρος, καὶ Θεόπομπος, οἱ βασιλεῖς, τάδε τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν· Αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἔροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας, καὶ ἀρχαγέτας, ἀποστατῆρας εἶμεν. *Poſteà, cum multi detrahendo, & addendo, decreta perverterent, & adulterarent, Polydorus, & Theopompus, reges, hæc inſeruerunt rhetræ: Quæ pravè populus rogaverit, ea ſenatui, ac principibus, retractandi jus eſto.* Quin & apophthegmata quædam Polydori referuntur ab eodem hoc Plutarcho, inter Apophthegmata Laconica. Meminit ejus & Herodotus, lib. VII. Virtutem ejus, & commiſſam à Polemarcho quodam cædem, poſtquam bellum cum Meſſeniis confeciſſet, tradit Pauſanias, iſtis verbis. Διαπεπολημένου δὲ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, καὶ ἤδη Λακεδαιμονίοις δορυκτήτου τῆς Μεσσηνίας οὔσης, Πολύδωρον, εὐδοκιμοῦντα ἐν Σπάρ-

τῇ γνώμην Λακεδαιμονίων μάλιστα ὄντα τῷ δήμῳ· οὐ γὰρ βίαιον, οὔτε ὑβριστὴν, λόγον παρείχετο ἐς οὐδένα, ἐν δὲ ταῖς κρίσεσι τὰ δίκαια ἐφύλασσεν, οὐκ ἄνευ φιλανθρωπίας. ἔχοντος δὲ ἤδη Πολυδώρου λαμπρὸν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὄνομα, Πολέμαρχος, οἰκίας ἐν Λακεδαίμονι ἀνὴρ οὐκ ἀδόξου, θρασύτερος δὲ, ὡς ἐδήλωσε, γνώμην, φονεύει τὸν Πολύδωρον. *Confecto autem bello Meſſeniaco, & redactis in poteſtatem Meſſeniis, ſpectatus erat apud Spartanos Polydorus, & acceptus maximoperè Lacedæmoniorum populo: neque enim per vim unquam quicquam egerat, aut in ullum contumelioſè dixerat, & juſtitiam in judiciis, non ſine humanitate, obſervabat. Itaque cum clarum ejus inter Græcos univerſos nomen eſſet, Polemarchus, homo Spartanus, & familia non obſcura, ſed audaciâ, ut teſtatum ipſe fecit, inſignitâ, interfecit.* De interfecto, ſic Anonymus, lib. De reg. Laced. Ὁ δὲ Πολύδωρος, ὑπὸ Πολεμάρχου, ἀνδρὸς Λάκωνος, ἀναιρεῖται. *Polydorus verò, à Polemarcho, viro Lacedæmonio, è medio tollitur.* Interfecto, honores magnos Lacedæmonii decreverunt: inter quos & iſtud fuit, ut in iis, quæ deinde publicè obſignanda forent, ejus imagine magiſtratus pro ſigillo uteretur. Pauſanias. Παρὰ δὲ τοῦ Ὀρέστου τὸν τάφον, ἐστὶν εἰκὼν Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμένους· ὃν βασιλέων ἐς τοσοῦτο τιμῆς προήχασιν, ὥστε οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, ὁπόσα δεῖ σημαίνεσθαι, τοῦ Πολυδώρου σημαίνονται τῇ εἰκόνι. *Propè Oreſtis ſepulcrum, eſt effigies Polydori, Alcamenis filii: cui, præ cunctis aliis regibus, tantum honoris tribuerunt, uti magiſtratus omnes, ſi quid obſignari oporteat, ea imagine Polydori obſignent.* Vides quoque, effigiem illi collocatam, juxtà ſepulcrum Oreſtis. Domus ejus, poſtquam interfectus eſſet, ab uxore bubus aliquot venum data, & Βοώνητα eâ ex re appellata eſt. Idem Pauſanias. Λακαδαιμονίοις δὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδόν ἐστιν, ὡς ἤδη λέλεκταί μοι, τὰ ὀνομαζόμενα Βοώνητα, Πολυδώρου ποτὲ οἰκία τοῦ βασιλέως· ἀποθανόντος δὲ, παρὰ τοῦ Πολυδώρου τῆς γυναικὸς ἐπρίαντο, ἀντιδόντες βοῦς. *In hâc ipſâ viâ, ut jam dixi ſunt Booneta: quæ vocantur. ea fuit regis Polydori domus: quam, eo mortuo, ab uxore ejus emerunt, datis in pretium bubus.* Reſpexiſſe Heſychius videri poteſt, ubi inquit. Βοώνητα, ἐπὶ ὠνῇ βοῶν δοθέντα. *Booneta, quæ, æſtimato bubus pretio, venum data.*

C A-

# CAPUT XI.

*Eurycrates I. ſub quo ſe Meſſenii continuere. Ejus filius, Anaxander: ſub quo, poſtquam defeciſſent, debellati, & Peloponneſo ejecti, per ducentos nonaginta novem annos patriâ extorres egere: donec, victis pugnâ Leuctricâ Lacedæmoniis, eam poſtliminio recuperârunt. Pauſanias, Dinarchus, & Lycurgus, emendati. Eurycrates II, & Leon, reges: ac ſub illis Lacedæmonii variè à Tegeatis profligantur, & affliguntur: quos debellant tamen tandem, ſub Anaxandride rege, inventis Oreſtis oſſis: idque quando factum fuerit.*

POſt Polydorum, regnavit filius, EURYCRATES I. Anonymus. Ἑνδέκατος, Εὐρυκράτης, ὁ Πολυδώρου. *Undecimus, Eurycrates, Polydori filius.* Sub hoc ſe Meſſenii continuere. Ἐπὶ μὲν δὴ Εὐρυκράτους τοῦ Πολυδώρου βασιλεύσαντος, Μεσσήνιοί τε ἠνείχοντο ὑπήκοοι Λακεδαιμονίοις ὄντες, καὶ παρὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀργείων οὐδέν σφισιν ἀπήντησε νεώτερον. *Eurycrate, Polydori filio, regnante, Meſſenii Lacedæmoniis æquo ſatis animo paruerunt; neque Argivorum populus novi quicquam adverſus ipſos eſt molitus.* Meminit ejus etiam Herodotus, lib. VII. Succedit illi filius, ANAXANDER: cujus itidem Herodotus meminit, libro citato. Anonymus. Δωδέκατος Ἀνάξανδρος, ὁ Εὐρυκράτους. *Duodecimus, Anaxander, Eurycratis filius.* Sub hoc Meſſenii, cum ſe rurſum commoviſſent, totâ demum Peloponneſo ſunt ejecti. Pauſanias. Ἐπὶ δὲ Ἀναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτους, (τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη Μεσσηνίους ἤλαυνεν ἐκτὸς Πελοποννήσου πάσης,) ἀφίστανται Λακεδαιμονίων οἱ Μεσσήνιοι. καὶ χρόνον μὲν ἀντέσχον πολεμοῦντες, ὑπόσπονδοι δὲ, ὡς ἐκρατήθησαν, ἀπήεσαν ἐκ Πελοποννήσου. *Sub Anaxandro verò, Eurycratis filio, (etenim Meſſe-*

*Meſſenios jam è Peloponneſo totâ fatum ſuum ejiciebat,) Meſſenii à Lacedæmoniis deficiunt. ac bellando aliquamdiu ſuſtinebant; ſed poſtremò ſuperati, certis pactis, Peloponneſo exceſſerunt.* Breviter Anonymus. Ἐπὶ τούτου, (τοῦ Ἀναξάνδρου,) Λακεδαιμονίων ἀφίστανται Μεσσήνιοι. *Sub hoc, (Anaxandro,) Meſſenii à Lacedæmoniis deſciſcunt.* Duravit autem bellum id viginti annis, uti notum ex Hiſtoriâ: & Meſſenii, patriâ ejecti ſuâ, in exilio permanſerunt; dum Epaminondas illos, ſuperatis pugnâ Leuctricâ Lacedæmoniis, revocavit, & Meſſenen inſtauravit. Ejecti autem Olymp. XXVIII. anno I. Pauſanias diſertè dicit, in Meſſenicis. Ἑάλω δὲ ἡ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Capta autem eſt Ira, bellumque ſecundum Lacedæmoniorum cum Meſſeniis finem habuit, archonte Athennienſium Autoſthene; anno primo Olympiadis viceſimæ octavæ.* Rem, non tempus, dicit iterum, in Meſſenicis. Ex alterâ familiâ, regnabat Anaxidamus, Zeuxidami filius. Idem Pauſanias, in Laconicis. Ζευξιδάμου δὲ Ἀναξίδαμος ὁ παῖς ἐκδέχεται τὴν ἀρχήν. ἐπὶ τούτου Μεσσήνιοι φεύγουσιν ἐκ Πελοποννήσου, πολέμῳ τὸ δεύτερον κρατηθέντες ὑπὸ Σπαρτιατῶν. *Zeuxidami verò filius Anaxidamus regnum ſuſcipit: eoque regnante Meſſenii, à Lacedæmoniis bello iterum ſuperati, excedunt Peloponneſo.* Reſtituti autem demum poſtliminiò Olympiadis centeſimæ ſecundæ anno tertio. Videre eſt apud Diodorum, lib. XV: memoratque idem Pauſanias, in Meſſenicis citatis, aliquanto pòſt. Κατῆλθον δὲ ἐς Πελοπόννησον οἱ Μεσσήνιοι, καὶ ἀνεσώσαντο τὴν αὐτῶν, ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον μετὰ Εἴρας ἅλωσιν· Δυσνικήτου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τρίτῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Rediere autem in Peloponneſum Meſſenii, patriamque poſtliminiò receperunt, ducentis & octoginta ſeptem annis poſtquam Ira expugnata: Dyſniceto quidem Athenis archonte, Olympiadis verò centeſimæ ſecundæ anno tertio.* Sed corrupta ſine dubio illa verba: ſiquidem ab Olympiadis viceſimæ octavæ anno primo, ad tertium centeſimæ ſecundæ, anni ſunt ducenti nonaginta novem. Computato, quiſquis volet, & rem ita ſe habere deprehendet. Ergo omninò reſcribendum: καὶ ἀνέσωσαν τὴν αὐτῶν, ἐννέα καὶ ἐννενήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστεροι. *Patriamque poſtliminiò receperunt annis ducentis nonaginta novem poſt.* Ac confirmat

mat

mat emendationem meam ipſe etiam Pauſanias, in ſequentibus mox verbis, ubi, numero rotundo, annos memorat trecentos; anno nempe trecenteſimo, qui inceptus, pro completo computato. Μεσσήνιοι δὲ ἐκτὸς Πελοποννήσου τριακόσια ἔτη μάλιστα ἠλῶντο. *Meſſenii verò extra Peloponneſum trecentis ad ſummum annis extorres agebant.* Neque tempus etiam Iſocrates dicit, in Archidamo. Ἡμᾶς δὲ Μεσσήνης ἀποστεροῦσιν, οἱ πλεῖον ἢ διπλάσιον χρόνον, ἢ τοσοῦτον, τυγχάνομεν ἔχοντες αὐτήν. καὶ Πλαταιὰς μὲν, καὶ Θεσπιὰς, ἐχθὲς καὶ πρώην πεποιήκασιν ἀναστάτους· ταύτην δὲ, διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσιν. *Nobis autem Meſſenam, quam duplo longius tenuimus, ereptum eunt: ac Platæas quidem, & Theſpias, nuper admodum everterunt; hanc autem, poſt trecentos annos inſtaurant.* Dinarchus, oratione in Demoſthenem, valdè exerrat, annos dicens quadringentos. Τότε τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐνίκησεν ἡ τῶν Θηβαίων πόλις, τότε εἰς τὴν, ἀπόρθητον νομιζομένην εἶναι, Λακεδαιμονίων χώραν εἰσέβαλον. καὶ ἐκείνους τοὺς χρόνους πολλὰ, καὶ καλὰ, διεπράξαντο ἔργα· Μεσσήνην τετρακοσιοστῷ ἔτει κατῴκισαν. *Tunc victoriam Leuctricam obtinuere Thebani; tunc Lacedæmoniorum regionem, quæ vaſtari nunquam poſſe putabatur, invaſerunt: tum res multas, ac præclaras, geſſerunt: Meſſenam quadringenteſimo anno inſtaurârunt.* Sed, correctione levi, locum eum ſic reſtituo. Καὶ ἐκείνους τοὺς χρόνους πολλὰ, καὶ καλὰ, διεπράξαντο ἔργα, Μεσσήνην τε τριακοσιοστῷ ἔτει κατῴκισαν. *Tum res multas, ac præclaras, geſſerunt, Meſſenamque trecenteſimo anno inſtaurârunt.* Quin ulterius excedit Lycurgus oratione in Leocratem, & quingentos annos tradit. Μεσσήνην πεντακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον ἐκ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων συνοικισθεῖσαν. *Meſſenam quingentis annis pòſt à quibuſvis hominibus inſtauratam.* Sed & illic reſcribendum: τριακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. *Trecentis annis pòſt.* Temerè confuſi à librariis numeri: neque enim rerum Græciæ adeò imperitum fuiſſe hunc Auctorem exiſtimandum eſt. Anaxandro verò huic, in regno ſuceſſit EURYCRATES II: qui Herodoto Eurycratides, lib. VII. Anonymus, De reg. Laced. Τρισκαιδέκατος, Εὐρυκράτης ὁ δεύτερος, ὁ Ἀναξάνδρου. *Decimuſtertius, Eurycrates ſecundus, Anaxandri filius.* Memorat ejus apophthegmata quædam Plutarchus, inter Laconica. Poſt hunc ejus filius, LEO. Idem Anonymus. Τεσσαρεσκαιδέκατος, Λέων, Εὐρυκράτους. *Decimus*

*quartus, Leo, Eurycratis filius.* Sub utroque hoc, patre, ac filio, Lacedæmonii variis à Tegeatis cladibus affecti fuere. Pauſanias. Ἀναξάνδρου δὲ, υἱὸς Εὐρυκράτης γίνεται. Εὐρυκράτους δὲ τοῦ δευτέρου, Λέων. ἐπὶ τούτων βασιλευόντων, Λακεδαιμόνιοι προσέπταιον ἐν τῷ πρὸς Τεγεάτας πολέμῳ τὰ πλείονα. *Anaxandro verò, filius Eurycrates naſcitur; Eurycrati autem ſecundo, Leo. His regnantibus, pluribus Lacedæmonii cladibus à Tegeatis ſunt affecti.* Anonymus, de ſolo Leone dicit. Meminit Eurycratis quidem etiam Herodotus, lib. VII. & Leonis item, lib. I. ac VII. Cujus quoque Hegeſiclem collegam tradit, è familiâ ſecundâ; ut & clades, quas intulerant Tegeatæ. Ecce verbä, lib. I. Ἐπὶ γὰρ Λέοντος βασιλεύοντος, καὶ Ἡγησικλέους, ἐν Σπάρτῃ, τοὺς ἄλλους πολέμους εὐτυχέοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς Τεγεήτας μούνους προσέπταιον. *Sub Leone, & Hegeſicle, Spartæ regnantibus, Lacedæmonii, cæteris bellis proſperè geſtis, adverſus ſolos Tegeatas infeliciter pugnârunt.* Ac de cladibus iterum poſteà. Ἀεὶ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) τῷ πολέμῳ ἑσσῶντο ὑπὸ Τεγεητέων. *Semper (Lacedæmonii) à Tegeatis vincebantur.* Adeò autem afflixere ſuperatos Tegeatæ, uti agros, quos vaſtârant, denuò juberent chænices tenentes olere. Libanius, in Panegyrico Juliani. Ἣν ἔτεμον Σπαρτιᾶται γῆν Τεγεατῶν, ταύτην εἰργάζοντο τοῖς νενικηκόσι χοίνικας ἔχοντες. *Spartani, quam Tegeatarum terram devaſtaverant, hanc ipſam colebant, ad victorum imperium chænices geſtantes.* Succeſſit huic filius ANAXANDRIDES. Anonymus. Πεντεκαιδέκατος, Ἀναξανδρίδης, ὁ Λέοντος. *Decimus quintus, Anaxandrides, Leonis filius.* Sub hoc, verſâ in melius fortunâ, tantum planè Tegeatas debellârunt. Pauſanias. Ἐπὶ δὲ Ἀναξανδρίδου τοῦ Λέοντος, ἐπικρατέστεροι Τεγεατῶν γίγνονται τῷ πολέμῳ. *Regnante verò Anaxandride, Leonis filio, Tegeatas bello ſuperârunt.* Illud autem quânam demum ratione factum fuerit, Oreſtis oſſibus, monitu oraculi, quæſitis, & inventis, narrat fuſè, in ſequentibus ſtatim verbis: & Herodotus, lib. I. Accidiſſe autem illud Olympiade quinquageſimâ, & octavâ; auctor nobis eſt Solinus, cap. V. *Priſcorum autem molem teſtantur etiam Oreſtis ſuprema: cujus oſſa Olympiade quinquageſimâ, & octavâ, Tegeæ inventa à Spartanis, oraculo monitis.*

## CAPUT XII.

*Anaxandridæ patri ſuccedit Cleomenes I; & quæ geſſerit: inter quæ ejectio Piſiſtridarum. Huic, ſuccedit Leonidas, frater. Ejus pugna memorabilis ad Thermopylas, contra Perſas. Quotus ab Hercule. Suidæ locus eâ de re emendatus. Ejus uxor: Gorgo, aut Gorgone, dicta. Huic ſucceſſit Pliſtarchus, admodum puer, ſub Pauſaniæ tutelâ. Thucydides conciliatus. Huic, Pliſtonax ſuccedit: qui dejectus, & reductus. Quam diu regnaverit. Huic ordine ſucceſſere, Ageſipolis I, Cleombrotus, Ageſipolis II, & Cleomenes II.*

ANaxandridæ ſucceſſit filius CLEOMENES I. Anonymus. Ἑκκαιδέκατος, Κλεομβρότης. Hic quæ geſſerit, vide apud eundem Anonymum, & Pauſaniam; à quo fuſè memorantur. Inter cætera, Athenienſes à Piſiſtratidis liberavit: quod, præter Pauſaniam, Anonymumque, etiam Herodotus refert, lib. V. Quam graviter autem Argivos afflixerit, tradit Anonymus; & Pauſanias, non duntaxat in Laconicis, verum & in Corinthiacis: meminitque item Ariſtoteles, Politic. lib. V. cap. III. Verumtamen, arma in urbem Argivorum infeſta ducens, à mulieribus repulſus fuit: ubi teſtis eſt Plutarchus, lib. De Virt. Mul. Refert Apophthegmata ejus Plutarchus, in Apophthegm. Lac. item ſtrategema quoddam Polyænus, lib. I.: tum res item ejus plures, & dejectum regno Demaratum, è familiâ alterâ regem, tradit Herodotus, lib. VI. & ex eo Athenæus, lib. X. ac Pauſanias, in Laconicis: è quo etiam Anonymus. Tandem, in furorem actus, ſemet ipſe interfecit: uti memorant, Herodotus, lib. VI. Plutarchus, in Apophthegma. Lac. Euſtrathius, ad Iliad. μ'. & Odyſſ. α', Pauſanias, in Laconicis. Et Anonymus, in ejus rebus. Breviter

viter meminit Ariſtides, in Oratione de concordiâ. Καὶ τὴν Κλεομένους τοῦ Λακωνικοῦ νίκην ἀναμένειν, ὃς τὸ αὑτοῦ σῶμα κατεχόρδευσεν, ἐκποδῶν ἀρξάμενος. *Et Cleomenis Lacedæmonii victoriam expectare, qui ſeipſum minutatim diſſecuit, à pedibus exorſus.* Itaque poſtquam deceſſiſſet, ſine maſculâ prole ullâ, ſucceſſit ei LEONIDAS, frater: celeberrimus pugnâ illâ ad Thermopylas, contra Perſas depugnatâ; cujus plurimi meminerunt. Anonymus. Ἑπτακαιδέκατος, Λεωνίδας, Ἀναξανδρίδου, Δωριέως ἀπ' ἀμφοτέρων τοκέων ἀδελφὸς, ὁ ἐν τῇ ἐς Θερμοπύλας μάχῃ ἡρωϊκῶς καταστρέψας τὸν βίον. *Decimus ſeptimus, Leonidas, Anaxandridæ filius, Dorici ex utroque parente frater, qui in pugnâ ad Thermopylas heroicâ morte vitam finiit.* Eſt de eo corruptiſſimus Suidæ locus, per occaſionem iſtam emendandus. Λεωνίδας, Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, Ἀναξανδρίδης, ἀφ' Ἡρακλέους ή βασιλεύς. *Leonidas, rex Lacedæmoniorum, Anaxandrides, ab Hercule octavus rex.* Primò legendum, Ἀναξανδρίδου. *Anaxandridæ.* Neque enim Anaxandrides cognomento dicebatur, ſed erat Anaxandridæ filius: uti conſtat ex Herodoto, & Pauſania; ac citatis Anonymi verbis. deinde, illud quoque falſum, octavum ab Hercule fuiſſe, cum viceſimus certè eſſet. Ecce teſtem mihi Herodotum, qui progeniem accuratè valdè memorat, ubi de hâc pugnâ agit, lib. VII. Ὁ δὲ θωυμαζόμενος μάλιστα, καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος μάλιστα ἡγεόμενος, Λακεδαιμόνιος ἦν, Λεωνίδης Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Λέοντος, τοῦ Εὐρυκρατίδεω, τοῦ Ἀναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτεος, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμένεος, τοῦ Τηλέκλου, τοῦ Ἀρχέλεω, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Δορυάγου, τοῦ Λεωβώτεω, τοῦ Ἐχεστράτου, τοῦ Ἡγήσιος, τοῦ Εὐρυσθένεος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέους. *Qui verò maximâ in admiratione habebatur, duxque exercitus univerſi, Lacedæmonius erat, Leonides, filius Anaxandridæ, qui Leonis, qui Eurycratidæ, qui Anaxandri, qui Eurycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui Ageſilai, qui Doryagi, qui Leobotæ, qui Echeſtrati, qui Agidis, qui Euryſthenis, qui Ariſtodemi, qui Ariſtomachi, qui Cleodæi, qui Hylli, qui Herculis.* Vides ibi ſeriem generis. Ab Hercule I. eſt Hyllus, II. Cleodæus, III. Ariſtomachus, IV. Ariſtodemus, V. Euryſthenes, VI. Agis; ſive, ut Herodotus appellat, Hegeſis; VII. Echeſtratus, VIII. Leobotes,

tes, ſive Labotas, IX. Doryagus, X. Ageſilaus, XI. Archelaus, XII. Teleclus, XIII. Alcamenes, XIV. Polydorus, XV. Eurycrates, XVI. Anaxander, XVII. Eurycrates ſecundus, ſixe Eurycratides, XVIII. Leo, XIX. Anaxandrides, XX. Leonidas. Ergo mendum eſt à librario: qui, cum nimium feſtinaret, ή pro κ' nobis ſcripſit, lapſu admodum proclivi. Ejus Apophthegma quoddam memoratur à Plutarcho, in Lycurgo: ac plura alia, in Laconicis. Uxor illi, Gorgo nomine: cujus meminit idem Plutarchus, in Lycurgo, & Apophthegm. Lac. item Herodotus, in ipſo fine libri VII. Stobæo, ex Chriis Ariſtotelis, Gorgone dicitur, Serm. VII. Filius PLISTARCHUS fuit. Qui cum puer moriente patre eſſet, tutelam ejus Pauſanias geſſit; is qui Lacedæmonios ad Platæas ducebat, & inde claſſe in Helleſpontum tranſmittebat. Vide Pauſaniam, in Laconicis. Anonymus. Ὀκτωκαιδέκατος, Πλείσταρχος. τούτου ἐπιτροπεύων Παυσανίας, ὁ Κλεομβρότου μὲν υἱός, τοῦ δὲ Πλειστάρχου ἀνεψιός, Μαρδόνιον περὶ Πλαταιὰς ἐνίκησε. *Decimus octavus, Pliſtarchus. Hujus tutelam gerens, Pauſanias, Cleombroti quidem filius, at Pliſtarchi patruelis, Mardonium ad Platæas vicit.* Ac Thucydides idem refert, de Pauſania verba faciens, lib. I. Καὶ φανερὸν μὲν εἶχον οὐδὲν οἱ Σπαρτιᾶται σημεῖον· οὔτε οἱ ἐχθροὶ, οὔτε ἡ πᾶσα πόλις, ὅτῳ ἂν πιστεύσαντες βεβαίως, ἐτιμωροῦντο ἄνδρα, γένους τε τοῦ βασιλείου ὄντα, καὶ ἐν τῷ παρόντι τιμὴν ἔχοντα. Πλείσταρχον γὰρ, τὸν Λεωνίδου, ὄντα βασιλέα, καὶ νέον ἔτι, ἀνεψιὸς ὢν, ἐπετρόπευσεν. *Et ſignum quidem evidens nullum Spartiatæ habebant, neque inimici, neque tota civitas: quo perſuaſi, ſupplicium ſumerent de homine cum regii generis, tum impræſens conſtituto in dignitate. nam Pliſtarchi, Leonidæ filii, regis, atque adhuc pueri, poſtquam patruelis eſſet, tutelam gerebat.* Rectè itaque Pauſanias dicit, regem non fuiſſe: Παυσανίας δὲ, ὁ Κλεομβρότου, βασιλεὺς μὲν οὐκ ἐγένετο· ἐπιτροπεύων γὰρ Πλείσταρχον, τὸν Λεωνίδου, καταλειφθέντα ἔτι παῖδα, ἐς Πλαταιάν τε Λακεδαιμονίους ἤγαγε, καὶ ὕστερον ναυσὶν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. *Pauſanias verò, Cleombroti filius, rex quidem non erat, ſed Pliſtarchi, Leonidæ filii, qui puer adhuc relictus, tutelam gerens, duxit Lacedæmonios ad Platæas, inde claſſe in Helleſpontum.* Minus propriè Thucydides eum ſemel, iterumque, qui regnum pro pupillo gubernabat, regem vocat, lib. I. Ὑπὲρ Πλει-

στοάνακτος, τοῦ Παυσανίου βασιλέως, νέου ὄντος ἔτι. *Pro Pliſtoanacte, Pauſaniæ regis filio, Lacedæmoniorum filio, adhuc puero.* Et poſteà. Πλειστοάνακτος, τοῦ Παυσανίου βασιλέως, Λακεδαιμονίων ἡγουμένου. *Pliſtoanacte, Pauſaniæ regis filio, Lacedæmoniorum duce.* Diem obiit, vixdum annos pubertatis, atque regnum, conſecutus : ac ſucceſſit PLISTOANAX, Pauſaniæ tutoris filius. Pauſanias. Πλείσταρχος μὲν οὖν, ὁ Λεωνίδου, νεωστὶ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς, ἐτελεύτησε· Πλειστοάναξ δὲ ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ὁ Παυσανίου, τοῦ Πλαταιᾶσιν ἡγησαμένου. *Jam verò Pliſtarchus, in principio ipſo regni diem obiit : tenuitque principatum Pliſtoanax, Pauſaniæ filius, qui dux ad Platæas fuerat.* Anonymus. Ἐννεακαιδέκατος, Πλειστοάναξ, ὁ Παυσανίου. *Decimus nonus, Pliſtoanax, Pausaniæ filius.* Hic annis quatuordecim ante bellum Peloponneſiacum in exilium actus fuit; uti teſtis eſt Thucydides, lib. II: ac reductus poſteà valdè honorificè ; ſicut idem nobis tradit, lib. V. Ejus Apophthegma quoddam, memoratur à Plutarcho, in Lycurgo. Obiit verò, Olymp. XCIII. anno I, poſtquam regnum tenuiſſet annos totos quinquaginta : uti refert Diodorus, lib. XIII. Ei ſucceſſit filius, PAUSANIAS. Anonymus. Εἰκοστὸς, Παυσανίας, ὁ Πλειστοάνακτος. *Viceſimus, Pauſanias, Pliſtoanactis filius.* De eo vide, quæ Pauſanias in Laconicis : qui ejuſdem etiam in Atticis meminit. Eum in exilium actum à ſenatu, ephoriſque, & collegâ item rege, Tegeam abiiſſe refert Pauſanias. Accidiſſe autem id anno regni ejus decimoquarto, tradit Diodorus Siculus, lib. XIV. in rebus Olymp. XCVI. anni III. iſtis verbis. Παυσανίας δὲ, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, ἐγκαλούμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἔφυγεν, ἄρξας ἔτη δεκατέσσαρα. *Pauſanias verò, rex Lacedæmoniorum, à civibus accuſatus, in exilium ivit, cum regnaſſet annos quatuordecim.* Meminit item Plutarchus, in Agide. Ac ſucceſſit ei filius, AGESIPOLIS I. Pauſaniæ verò, quando in exilium ibat, duo ſanè filii erant; Ageſipolis, & Cleombrotus, ambo impuberes : itaque habiti ſub tutelâ Ariſtodemi, genere proximi. Et adeptus pubertatem, regnum adiit; &, illato Argivis bello, cum perficere id ex voto cælitus prohiberetur, in Olynthi obſideone diem obiit. Vide Pauſaniam, & Anonymum. Bellum intulit etiam Mantinenſibus, & eorum urbem cepit : ut videre eſt apud Pauſaniam,

niam, in Arcadicis. Tenuit autem regnum annis quatuordecim, ſicut pater. Diodorus, ſubjungit verbis citatis. Τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἀγησίπολις, ἦρξε τὸν ἴσον τῷ πατρὶ χρόνον. *Regnum verò ſuſcipiens Ageſipolis filius, totidem quot pater annis illud tenuit.* Ejus Apophthegma quoddam narrat Plutarchus, in Apophthegm. Lac: uti quoque ſtrategema Polyænus, lib. II. Cum decederet ſine liberis, ſucceſſit CLEOMBROTUS, frater. Vide narrantem hæc Pauſaniam: qui in Atticis quoque refert. Anonymus. Εἰκοστὸς δεύτερος, Κλεόμβροτος, Ἀγησιπόλιδος ἀδελφός. *Viceſimus ſecundus, Cleombrotus, Ageſipolidis frater.* Factum autem anno primo Olympiadis centeſimæ: ut in ejus anni rebus tradit Diodorus, lib. XV. Meminit illius etiam Plutarchus, in Agide. Cecidit in pugnâ iſtâ celeberrima, quæ ad Leuctra depugnata, contra Epaminondam quam fortiſſimè præliatus, Olymp. CII anno II. Vide ibi memorantem Diodorum, lib. XV. & Pauſaniam in Laconicis, ac Bæoticis. Anonymus, ubi de ipſo agit. Ἐπὶ τούτου ἡ ἐν Λεύκτροις ἐγένετο μάχη· ἧς ἀρχομένης, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, ἔπεσε. *Sub hoc pugna ad Leuctra fuit: quâ inceptâ, cum vir ſtrenuus eſſet, cecidit.* Ejus Apophthegma quoddam refert Plutarchus, in Apophthegm. Lac. Succeſſit filius, AGESIPOLIS II: teſte Pauſania, in Laconicis, Atticiſque. Anonymus. Εἰκοστὸς τρίτος, Ἀγησίπολις, ὁ πρεσβύτερος τῶν Κλεομβρότου παίδων. *Viceſimus tertius, Ageſipolis, Cleombroti filiorum natu maximus.* Eum non diu regnaſſe, neque liberos habuiſſe, dicit Plutarchus, in Agide. Ἐκ δὲ Κλεομβρότου, πάλιν ἄλλος Ἀγησίπολις ἦν, καὶ Κλεομένης. ὧν Ἀγησίπολις μὲν, οὔτε ἦρξε πολὺν χρόνον, οὔτε παῖδας ἔσχε. *Ex Cleombroto verò, rurſum alius Ageſipolis natus erat, & Cleomenes: è quibus Ageſipolis quidem, neque diu regnum tenuit, neque liberos ullos habuit.* Diodorus, unicum duntaxat annum regnaſſe dicit, libro citato. Καὶ Ἀγησίπολις, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, μετήλλαξεν, ἦρξας ἐνιαυτόν. *Et Ageſipolis, Lacedæmoniorum rex vitâ deceſſit, cum annum tantum unum regnaſſet.* Ejus tria Apophthegmata refert Plutarchus, in Apophthegma. Lac. Succeſſit autem illi frater, CLEOMENES II. Refert Plutarchus, in citato ſæpius Agide; & Pauſanias, in Laconicis, Atticiſque. Anonymus. Εἰκοστὸς τέταρ-

τος, Κλεομένης, ὁ τοῦ Ἀγησιπόλιδος ἀδελφός. *Viceſimus quartus, Cleomenes, Ageſipolidis frater.* Regnum tenuit annos quatuor, & triginta. Diodorus, libro citato, ubi de exceſſu Ageſipolidis agit. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεομένης ὁ ἀδελφὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα, καὶ τέτταρα. *Principatum verò excipiens Cleomenes frater, regnavit annos triginta quatuor.*

## CAPUT XIII.

*Cleomeni II. ſuccedit Areus. Ejus cum Cleonymo, Cleomenis filio, controverſia: tum & ſtatuæ, apud Elidem, duobus locis. Gortyniis, bello infeſtatis, fert ſuppetias. Apud Joſephum,* Ἄρειος *ſcribitur: ejuſque epiſtola ad Oniam, ſummum Judæorum pontificem, memoratur. Huic Acrotatus ſuccedit: qui Chelidonidem, Cleonymi uxorem, ab eâ amatus, redamabat. Parthenii locus emendatus. Fortitudo ejus bellica. Ad Megalopolin in prælio cæſus, filium reliquit, itidem Areum, & regnantem, ſub Leonida tutore.*

CLeomeni II. ſucceſſit AREUS, ex filio majore Acrotato nepos. Anonymus. Εἰκοστὸς πέμπτος, Ἄρευς, τοῦ Ἀκροτάτου, τοῦ Κλεομένους. *Viceſimus quintus, Areus, Acrota filius, Cleomenis nepos.* Plutarchus, in Agide, & Cleomene. Κλεομένης δὲ, βασιλεύσας μετὰ Ἀγησίπολιν, τὸν μὲν πρεσβύτερον τῶν υἱῶν Ἀκρότατον, ἔτι ζῶν ἀπέβαλε· νεώτερον δὲ Κλεώνυμον, κατέλιπεν· ὃς οὐκ ἐβασίλευσεν, ἀλλ᾽ Ἄρευς, υἱωνὸς ὢν Κλεομένους, Ἀκροτάτου δὲ υἱός. *Cleomenes autem, qui poſt Ageſipolin regnavit, Acrotatum quidem, filiorum natu maximum, vivus etiam amiſit; ſed Cleonymum, minorem, ſibi ſuperſtitem reliquit: qui non regnavit, verum Areus, Cleomenis ex filio Acrotato nepos.* Pauſanias, in Laconicis. Κλεομένης δὲ ὁ νεώτερος, μετὰ τὸν ἀδελφὸν τε-

λευ-

λευτήσαντα ἔσχε τὴν ἀρχὴν γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων, Ἀκροτάτου, καὶ μετ' αὐτὸν Κλεωνύμου, κατήγαγε τὸ χρεὼν Ἀκρότατον ἔτι πρότερον ἢ αὐτὸν Κλεομένη. καὶ, ὡς Κλεομένης ἀπέθανεν, ὕστερον ἐς ἀντιλογίαν ἀφίκοντο ὑπὲρ τῆς βασιλείας Κλεώνυμός τε ὁ Κλεομένους, καὶ Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου. δικάζουσιν οὖν οἱ γέροντες Ἀρεῖ τῷ Ἀκροτάτου, καὶ οὐχὶ Κλεωνύμῳ, πατρῴαν εἶναι τὴν τιμήν. *Cleomenes verò, natu minor, regnum poſt defunctum fratrem eſt adeptus. cumque filii ipſi eſſent, Acrotatus, & poſt illum Cleonymus, fato Acrotatus conceſſit ante Cleomenem. ac, Cleomene vitâ functo, mox de regno inter ſeſe contendebant, Cleonymus, Cleomenis filius, & Acrotati, Areus. itaque ſenatus ſtatuit; regnum ad Arei Acrotatum, non Cleonymum, pertinere.* Idem dicit quoque in Atticis: ſed ſententiæ, ſecundum Areum pronuntiatæ, in controverſiâ de regno, nullus meminit. Κλεομένους δὲ παῖδες γίνονται, πρεσβύτατος μὲν Ἀκρότατος, νεώτατος δὲ Κλεώνυμος. Ἀκρότατον μὲν οὖν πρότερον κατέλαβεν ἡ τελευτή. Κλεομένους δὲ ἀποθανόντος ὕστερον, ἐς ἀμφισβήτησιν κατέστησαν περὶ τῆς ἀρχῆς, Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου, καὶ Κλεώνυμος. *Cleomeni verò filii naſcuntur, major quidem natu, Acrotatus; minor autem, Cleonymus. Et Acrotatus quidem diem prior obiit: Cleomene autem inde mortuo, inter ſe de principatu contenderunt Areus, filius Acrotati, & Cleonymus.* Ejus ſtatuas, duobus locis in Elide poſitas, refert Pauſanias, Eliac. II. Meminit verò Areî hujus; ſicut & Acrotati filii, qui ſucceſſit, Athenæus, lib. IV. ubi dicit, veterem illos Spartanorum diſciplinam corrupiſſe. Καὶ τούτων ἦρξαν οἱ μικρὸν πρὸ Κλεομένους βασιλεύσαντες, Ἀρεὺς, καὶ Ἀκρότατος, αὐλικὴν ἐξουσίαν ζηλώσαντες. *Et hoc primum inceperunt, qui paulo ante Cleomenem regnaverunt, Areus, & Acrotatus, aulicam licentiam æmulati.* Inde ſubjungit. Οὓς τοσοῦτον ὑπερῆράν τινες τῶν ἰδιωτῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ γενομένων καθ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, τῇ πολιτείᾳ τῇ καθ' αὑτοὺς, ὥστε δοκεῖν, τὸν Ἀρέα, καὶ τὸν Ἀκρότατον, εὐτελείᾳ πάντας ὑπερβεβληκέναι τοὺς ἀφελεστάτους τῶν πρότερον. *Quos adeò ſuperârunt homines quidam privati, qui tunc Spartæ habitabant, ſuâ magnificentiâ, ut Areus, & Acrotatus, frugalitate priores omnes ſuperaſſe videantur.* Gortyniis, bello laborantibus, opem tuliſſe memoratur, à Plutarcho, in Vitâ Pyrrhi. Ὁ δὲ Ἀρεὺς, οὐκ ἐτύγχανε παρών. ἀλλ' ἐν Κρήτῃ, Γορτυνίοις πολεμουμένοις βοηθῶν. *Areus verò, non aderat: ſed in Cretâ agebat, Gortyniis, bello impetitis, ſuppetias ferens.* Apud Joſephum,

ſephum, Ἄρειος ſcribitur: ejuſque Epiſtola, ad pontificem Judæorum ſummum, Oniam, memoratur, Antiqu. lib. XII. cap. IV. & V. ac XIII. cap. IX. item Freculphum, Chron. Tom. I. lib. V. cap. IV. Areo verò, ad Corinthum interfecto, filius ſucceſſit, ACROTAUS. Anonymus. Εἰκοστὸς ἕκτος, Ἀκρότατος Ἀρέως. *Viceſimus ſextus, Acrotatus, Arei filius.* Plutarchus, in Agide. Ἀρέως δὲ πεσόντος περὶ Κόρινθον, υἱὸς ὢν Ἀκρότατος, τὴν βασιλείαν κατέσχεν. *Areo verò ad Corinthum profligato, Acrotatus, qui filius erat, regnum accepit.* Vide etiam Pauſaniam, in Laconicis. Ejus Apophthegma quoddam refert Plutarchus, in Apophthegm. Lac. Cecidit verò hic in prælio, inito ad Megalopolin, cum tyranno Ariſtodemo, relinquens uxorem gravidam: quæ cum filium peperiſſet, cui AREUS nomen fuit, is ſucceſſit, ac regnavit, ſub Leonida tutore. Et Octavo anno exceſſit. Anonymus. Εἰκοστὸς ἕβδομος, Ἄρευς Ἀκροτάτου. Ὀκταέτης ἐτελεύτησε νόσῳ. *Viceſimus ſeptimus, Areus, Acrotati filius. Octennis ex morbo deceſſit.* De parentis apud Megalopolin nece, filiique poſthumi tutore Leonida, ſic in Agide Plutarchus. Ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος, (ὁ Ἀκρότατος,) ἡττηθεὶς μάχῃ περὶ τὴν Μεγάλην πόλιν ὑπὸ Ἀριστοδήμου τοῦ τυράννου, καταλιπὼν ἐγκύμονα τὴν γυναῖκα. παιδίου δὲ ἄρρενος γενομένου, Λεωνίδας ὁ Κλεωνύμου τὴν ἐπιτροπὴν ἔσχεν. εἶτα πρὶν ἐν ἡλικίᾳ γενέσθαι, τελευτήσαντος, οὕτως εἰς αὐτὸν ἡ βασιλεία περιῆλθεν, οὐ πάνυ τοῖς πολίταις, ἐνάρμοσον ὄντα. *Mortuus verò etiam hic, (Acrotatus,) prælio victus apud Megalopolin à tyranno Ariſtodemo, uxorem relinquens gravidam. quâ mox filium enixâ, Leonidas, Cleonymi filius, tutelam accepit: ac, pupillo ante pubertatem mortuo, regnum ad eum, civibus non planè gratum, nec cum his convenientem, devolutum eſt.* Pauſanias, ubi Acrotatus quidem mortem obierit, aut quo modo, minimè refert, ut nec conjugem relictam item gravidam; verùm, filium habuiſſe, nomine Areum: quo octavo ætatis ſuæ anno mortuo, Leonidam, tutorem priùs, regem factum, planè ſenem. Ecce verba. Ἀρέως δὲ ἐγίνετο υἱὸς Ἀκρότατος, τοῦ δὲ Ἀρεὺς ὂν, ὀκτὼ μάλιστα ἔτη γεγονὼς, τελευτᾷ νόσῳ. καὶ, ἐλείπετο γὰρ τῆς Εὐρυσθένους οἰκίας γένος τὸ πρὸς ἀνδρῶν, Λεωνίδας, ὁ Κλεωνύμου, παντάπασιν ἤδη γέρων. τούτῳ διδόασιν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀρχήν. *Areo autem Acrotatus gignitur, huic*

*verò*

*verò rurſum Areus. Is, annos maximè octo natus, vitâ fungitur. & cum genus maſculum in familiâ Euryſthenis intercidiſſet, ſucceſſit Leonidas, Cleonymi filius, jam grandævus. Huc Lacedæmonii dedere imperium.* Hic Acrotatus, adoleſcens etiammum, & formoſus, adamatus à Cleonymi uxore, eam invicem amabat. Parthenius, Evotic. cap. XXIII. Κλεώνυμος ὁ Λακεδαιμόνιος, βασιλείου γένους ὤν, καὶ πολλὰ κατορθωσάμενος Λακεδαιμονίοις, ἔγημε Φειλωνίδα, προσήκουσαν αὐτῷ κατὰ γένος, ταύτῃ σφοδρῶς ἐπιτεταγμένου τοῦ Κλεωνύμου, καὶ τὸν ἔρωτα οὐκ ἠρέμα φέροντος, τοῦ μὲν κατηλόγει· πᾶσα δὲ ἀνέκειτο Ἀκροτάτῳ, τῷ τοῦ βασιλέως υἱεῖ. καὶ γὰρ ὁ μειρακίσκος αὐτῆς ἀναφανδὸν ὑπεκαίετο, ὥστε πάντας ἀνὰ στόμα ἔχειν τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν. *Cleonymus Lacedæmonius, qui regii generis erat, & præclarè multa geſſit pro Lacedæmoniis, uxorem duxit Chilonidam, propinquam ſuam, quam cum arctè contineret, & amaret vehementer, illa ejus nullam rationem habuit: tota autem tenebatur amore Acrotati, regis filii. Etenim & adoleſcens palam eam deperiebat, ut eorum conſuetudo omnibus in ore eſſet.* Sed corruptus ille locus; & legendum, ἔγημε Χελιδωνίδα. *Uxorem duxit Chelidonidem.* Auctor mihi eſt Plutarchus, narrans rem eandem, in Pyrrho. Ὁ δὲ Κλεώνυμος, γένους μὲν ἦν βασιλικοῦ, δοκῶν δὲ βίαιος εἶναι, καὶ μοναρχικὸς, οὔτε εὔνοιαν, οὔτε πίστιν εἶχεν, ἀλλ' Ἀρεὺς ἐβασίλευε. καὶ τοῦτο μὲν ἦν κοινὸν ἔγκλημα, καὶ πρεσβύτερον, αὐτῷ πρὸς τοὺς πολίτας. γυναῖκα δὲ καλὴν, καὶ γένους βασιλικοῦ, Χελιδωνίδα, τὴν Λεωτυχίδου, πρεσβύτερος ὤν, ἔγημεν ὁ Κλεώνυμος. ἡ δὲ, Ἀκροτάτῳ, τῷ Ἀρέως ἐπιμανεῖσα, μειρακίῳ καθ' ὥραν ἀκμάζοντι, λυπηρὸν ἐρῶντι τῷ Κλεωνύμῳ, καὶ ἄδοξον ὁμοῦ, παρεῖχε τὸν γάμον. οὐδένα γὰρ ἐλάνθανε Σπαρτιατῶν καταφρονούμενος ὑπὸ τῆς γυναικός. *Erat verò Cleonymus hic regiâ quidem è ſtirpe; ſed, quod violentus eſſe, & ſolus velle dominari, videretur, nec amabat eum quiſquam, neque fidem item habebat, ac communis hæc de eo, & antiqua, civium querela erat. Uxorem autem, formâ inſignem, & è regiâ familiâ, Chelidonidem, Leotychidæ filiam, Cleonymus, provectior jam ætate, duxerat. Hæc verò Acrotatum, Arei filium, perditè amans, adoleſcentem formâ florentem, amanti Cleonymo acerbum ſimul & infame, matrimonium exhibebat. Neque enim, ſperni ipſum ab uxore, quiſquam erat Spartanorum, qui neſciret.* Ejus fortitudinis illuſtre exemplum, in pugnâ contra Pyrrhum editum, memoratur à Plutarcho in citatâ Pyrrhi Vitâ.

# CAPUT XIV.

*Areo, Acrotati filio, ſuccedit Leonidas tutor, & dejicitur à Cleombroto II. Quo viciſſim item poſteà deturbato, iterum Leonidas in regnum redit, & Cleomenem inde filium ſibi ſucceſſorem habet: in quo ſtirps Agiadarum deſiiſſe memoratur. Quanquam alii ſucceſſiſſe filium ejus Aretam tradunt; alii autem, Ageſipolin, Cleombroti ex filio Ageſipolide nepotem. Pauſaniæ, Diodori Siculi, & Polybii, diſſidium conciliatum.*

DEfuncto autem hoc Acrotato, ac poſt ipſum filio Areo, vix octenni, ut jam dixi, regnum accepit tutor ejus, LEONIDAS II. ut apparet ex Plutarcho, & Pauſania: quorum verba jam produxi. Sed non diu illud tenuit. quippe movit converſiam Lyſander: &, Cleombroto, qui Leonidæ filiam uxorem habuit, contra eum concitato, mox dejecit. Anonymus. Εἰκοστὸς ὄγδοος, Λεωνίδας, ὁ Κλεωνύμου, παντάπασι γέρων ὤν, ἐγκαλούμενος ὑπὸ Κλεομβρότου τοῦ γαμβροῦ ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς Σπάρτης, ἐπαύθη τῆς ἀρχῆς. *Viceſimus octavus, Leonidas, Cleonymi filius, omninò ſenex, à Cleombroto genero de proditione Spartæ accuſatus, regno dejectus eſt.* Hinc CLEOMBROTUS II regnum accipit. Anonymus idem. Εἰκοστὸς ἔννατος, Κλεόμβροτος, ὁ τοῦ Λεωνίδου γαμβρός. *Viceſimus nonus, Cleombrotus, Leonidæ gener.* Sed nec ille regni ſui diu potens. nam non ita multis annis poſt id tempus, & in patriam, & in regnum, quo dejectus pridem fuerat, revocatus eſt Leonidas: ac defuncto poſt ſucceſſit filius, CLEOMENES III. Strictè hæc Pauſanias dicit, in Laconicis; ac diffuſè memorantur à Plutarcho, in Vitâ Agidis: quem videre, operæ pretium eſt. Ejus vitam, atque cladem, tum & fugam in Ægyptum, obitumque ibi loci generoſum, eſt videre apud Plutarchum,

in

in ejus Vitâ; & Polybium, lib. V. Meminitque cum Pauſanias, in Laconicis, & Corinthiacis; tum Polybius, lib. IV. Iuſtinus, lib. XXVIII. & Anonymus, De reg. Laced. Et hic quidem primæ familiæ, Agidarum appellatæ, ultimus fuit, ſi Pauſaniæ fidem habemus: qui familiæ ejus finem in hoc ſtatuit, iſtis verbis. Γένης δὲ τοῦ Εὐρυσθένης, καλουμένων δὲ Ἀγιαδῶν, Κλεομένης, ὁ Λεωνίδου, βασιλεὺς ὕστατος ἐγένετο ἐν Σπάρτῃ. *Ac familiæ quidem Euryſthenis, quæ Agiadarum dicta, Cleomenes, Leonidæ filius, ultimus rex Spartæ fuit.* Sed confuſa hîc Hiſtoria eſt: ac Cleomeni, quem regnaſſe annos ſexaginta tradit, & menſes decem, filium ſucceſſiſſe Arotam: ac regnaſſe annos quadraginta quatuor, Diodorus Siculus dicit, lib. XX. in rebus Olymp. CXVII. anni IV. Κλεομένης δ', ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ἐτελεύτησεν· ἄρξας ἔτη ἑξήκοντα, καὶ μῆνας δέκα. τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Ἀρέτας υἱὸς, ἦρξεν ἔτη τέσσαρα πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. *Cleomenes autem, rex Lacedæmoniorum, diem obiit; cum regnaſſet annos ſexaginta, & menſes decem. in regno verò qui ſucceſſit Aretas filius, tenuit illud annis quadraginta quatuor.* At Polybius, auctor maximus, ſubrogatum illi dicit Ageſipolin, Cleombroti, quem Leonidæ dejecto ſucceſſiſſe ſtatim dixi, ex Ageſipolide filio nepotem. Ecce verba, lib. IV. Οἵ γε (Λακεδαιμόνιοι) χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πάτρια, σχεδὸν ἤδη μετὰ τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν, οὐδ' ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης· ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, εὐθὺς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι τά τε πλήθη καὶ τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. καὶ κατέστησαν οἱ κοινωνοῦντες ἔφοροι τῆς αἱρέσεως τοῖς στασιώταις, (οἱ καὶ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συνθέμενοι συμμαχίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν ἄρτι λόγον ἐποιησάμην,) τὸν μὲν ἕνα νομίμως, καὶ καθηκόντως, Ἀγησίπολιν· ὄντα μὲν παῖδα τὴν Ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγησιπόλιδος, τοῦ Κλεομβρότου. τὸν δὲ συνέβαινε βεβασιλευκέναι, καθ' οὓς καιροὺς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς, διὰ τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν ἔγγιστα τῆς οἰκίας ταύτης. ἐπίτροπον δὲ τοῦ παιδὸς εἵλοντο Κλεομένην, Κλεομβρότου μὲν υἱὸν, Ἀγησιπόλιδος δὲ ἀδελφόν. *Hi ſanè (Lacedæmonii) præter alios, cum reſp. ipſorum patriis tum legibus adminiſtraretur, tertio ferè poſt Cleomenis fugam anno, reges Spartæ conſtituere, animum nunquam induxerunt: ac ſimul verò famâ de Cleomenis morte accepiſſent, ſtatim ad creandos reges ſe verterunt, populus juxtà curiaque ephororum. Et conſtituerunt ſanè*

*ephori, qui ejuſdem cum ſeditionis auctoribus factionis erant, qui ſocietatem inierant cum Ætolis, cujus modò mentio à me eſt facta, alterum quidem, ritè ſanè, ac legitimè, Ageſipolin, puerum ætate quidem, ſed Ageſipolidis filium, Cleombroti nepotem. atque hic tenuerat regnum, cum Leonidas principatu excidiſſet, quia genere huic domui proximus eſſet, ac tutorem puero Cleomenem appoſuerunt, Cleombroti filium, & Ageſipolidis fratrem.* Vides hîc diſſenſum Auctorum maximorum, quem non video quî conciliare poſſis. Collega autem Ageſipolidi datus Lycurgus, ex non regiâ familiâ, corruptis largitione ephoris. Polybius, in ſequentibus verbis. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας ὄντων ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου, ζῶντος δὲ Ἱππομέδοντος ἀκμὴν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου τοῦ Εὐδαμίδου, καὶ ἑτέρων δὲ πλειόνων ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑπαρχόντων, ἀποτέρω μὲν τῶν προειρημένων, προσηκόντων δὲ κατὰ τὸ γένος, τούτους μὲν ἅπαντας ὑπερεῖδον, Λυκοῦργον δὲ βασιλέα κατέστησαν, οὗ τῶν προγόνων οὐδεὶς ἐπετεύχει τῆς προσηγορίας. ὃς, δοὺς ἑκάστῳ τῶν ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπόγονος, καὶ βασιλεὺς ἐγεγόνει τῆς Σπάρτης. *Ex alterâ verò familiâ, cum ex Hippomedontis filiâ Archidamo, Eudamidæ filio, duo filii eſſent, viveretque adhuc Hippomedon, qui Ageſilai filius, & Eudamidæ nepos erat, aliique etiam plures ex eâdem domo eſſent, qui, remotiores quanquam, tamen genere contingebant, hoſce tamen uviverſos aſpernati, faciunt Lycurgum regem: ex cujus majoribus nemo nomen illud nactus fuerat. ſed hic, talento unicuique ephororum donato, Herculis progenies, & rex Spartæ, factus eſt.* Sed Lycurgus mox Ageſipolidem dejecit regno, & tyrannidem invaſit: ac ſic porrò ſub tyrannis Sparta fuit; ut mox dicam, cum familiæ alterius reges exhibuero.

# CAPUT XV.

*Altera familia regia, cujus princeps Procles erat, ſeu Patrocles: cui ſucceſſit filius, Sous. Herodoti locus reſtitutus. Eurypon, ſive Eurytion: à quo reges inſequuti Eurypontidæ, ſeu Eurytionidæ, dicti: atque illud quam ob cauſam. Bellum geſſit cum Arcadibus, & finivit ſtrategemate. Polyænus emendatus. Poſt hunc, Prytanis regnum tenet: & infeſta Cynurenſibus, Argiviſque, arma infert.*

NUnc ad alteram familiam, cujus princeps Procles erat, ſeu Patrocles, filius Ariſtodemi, Euryſthenis, qui prioris caput, frater minor, tranſeamus. Anonymus, De reg. Laced. Βασιλέων Λακεδαιμονίων οἰκία ἡ ἑτέρα, οἱ λεγόμενοι Προκλεῖδαι, καὶ Εὐρυπωντίδαι. Πρῶτος. Προκλῆς, ὁ Ἀριστοδήμου. *Regum Lacedæmoniorum familia altera, qui Proclidæ, ſive Eurypontidæ, dicti. Primus, Procles, Ariſtodemi filius.* Pauſanias. Τὰ δὲ ἐς τὴν οἰκίαν τὴν ἑτέραν, τοιάδε ἤκουσα εἶναι Προκλῆς, ὁ Ἀριστοδήμου, τὸ παιδίον τίθεται ὄνομα Σόον. *Quæ verò ad alterem familiam pertinent, ſic habere ſe audivi. Procles, Ariſtodemi filius, filium adoptat, nomine Soum.* Primus itaque ſecundæ regum apud Lacedæmonios familiæ, PROCLES fuit; ut apparet ex Pauſania, aliiſque. Ei ſucceſſit filius, ſed adoptivus, nomine SOUS. Anonymus, De reg. Laced. Δεύτερος, Σόος, Προκλέους παῖς θετός. *Secundus, Eous, Proclis filius adoptivus.* Et vides in Pauſaniæ citatis verbis. Plutarchus, in Lycurgi Vitâ. Οἱ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλογοῦσιν· ἀλλὰ Πατροκλέους μὲν, τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον: Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα. *Plerique verò originem non ſic deducunt: ſed ex Patrocle, Ariſtodemi filio, natum Soum; Soo verò, Eurytionem.* Mutilus eſt Herodoti locus, exciditque ibi Sous, lib. VIII. Στρατηγὸς δὲ, καὶ ναύαρχος, ἦν Λευτυχίδης, ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ

Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος. *Præfectus exercitui terreſtri, & navali, erat Leutychides, qui Menaris filius, qui Ageſilai, qui Hippocratidæ, qui Leutychidæ, qui Anaxilai, qui Archidami, qui Anaxandridæ, qui Theopompi, qui Nicandri, qui Charilli, qui Eunomi, qui Polydectis, qui Prytanis, qui Euryphontis, qui Proclis.* Euryphon non fuit Proclis filius, ſed ex Soo nepos: itaque defectum ſupple, & reſcribe. τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Σόου, τοῦ Προκλέος. *Qui Euryphontis, qui Soi, qui Proclis.* Eo rege, redacti in ſervitutem Helotes, & Arcadiæ magna pars Laconicæ ſubjecta fuit. Plutarchus, in Lycurgo. Μάλιστα ἐθαυμάσθη Σόος, ἐφ' οὗ καὶ τοὺς Εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ χώραν προσεκτήσαντο πολλὴν, Ἀρκάδων ἀποτεμόμενοι. *Maximè in admiratione Sous fuit: ſub quo Helotas Lacedæmonii in ſervitutem redegerunt, & ereptam Arcadibus partem non exiguam regionis ſuis finibus adiecerunt.* Vide aliud ejus factum; quod ibidem ille narrat, in ſequentibus ſtatim verbis. Eo verò vitâ functo, regnum adiit filius, EURYPON; ſive, ut alii, EURYTION: à quo poſteri Eurypontidæ, ſive & Eurytionidæ, appellati. Pauſanias. Εὐρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυποντίδας ὄνομα ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν, Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους. *Eurypontem verò, Soi filium, tantum gloriæ conſecutum eſſe tradunt, ut familiæ ejus reges Eurypontidæ de illius nomine appellarentur, qui Proclidæ antè dicti.* Idem Anonymus quoque tradit, ubi de Euryponte hoc agit. Cauſa ſingillatim exponitur à Plutarcho; quod faſtigium principatus inclinaret, & captaret populi gratiam. Verba ejus, in Lycurgo, ita habent. Ἀλλὰ καίπερ ἐπὶ τοῦτο θαυμάζοντες αὐτὸν, (τὸν Σόον,) οὐκ ἀπὸ τούτου τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, προσηγόρευσαν Εὐρυπωνίδας. δοκεῖ γὰρ πρῶτος Εὐρυτίων τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, δημαγωγῶν, καὶ χαριζόμενος τοῖς πολλοῖς. *Sed quanquam eum (Souin) propter iſta admirarentur, non ab ipſo tamen familiam, verum à filio, Eurytionidas dixerunt. Videtur enim primus Eurytion quod in regno nimium monarchicum erat, demiſiſſe, & ad populi gratiam conciliandam totum ſe compoſuiſſe.* Bellum geſſit cum Arcadibus, quod finivit, Mantineâ occupatâ ſtrategemate: ubi refert Polyænus, lib. II.

Εὐρυ-

Εὐρυτίων, βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ὁρῶν τ̄ πρὸς Ἄρκαδας πόλεμον μηκυνόμενον, στάσιν αὐτοῖς ἐμποιῆσαι μηχανώμενος, κήρυκα ἔπεμψεν, ἀγγέλλοντα, Λακεδαιμόνιοι παύονται πολεμοῦντες, ἐὰν τοὺς ἐναγεῖς ἐξελάσητε· τούτους δ' εἶναι τοὺς Αἴγιναν ᾑρηκότας. οἱ δὲ τοῦ φόνου τὴν αἰτίαν ἔχοντες, προσδοκῶντες ὑπὸ τοῦ δήμου διωχθήσεσθαι, διὰ τὴν τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίαν, σὺν ἐγχειριδίοις ἐλθόντες, ἀπέσφαξαν, ὅσους ἠδύναντο. πολλοὺς δὲ συμμάχους προσεποιήσαντο, τὴν ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. οἱ δὲ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμήσαντες, προελθόντες παρετάξαντο. οἱ δὲ τὰ δήμου φρονοῦντες, ἡττηθέντες, πρὸς μέρος τι τοῦ τείχους καταφυγόντες, τὰς πύλας ἀνοίξαντες, Λακεδαιμονίους ἐδέξαντο. οἱ δὲ, κατέσχον τῇ στάσει Μαντίνειαν, ἧς τῷ πολέμῳ κρατεῖν οὐκ ἠδύναντο. *Eurytion, rex Lacedæmoniorum, videns bellum cum Arcadibus protrahi, ut factionem inter ipſos concitaret præconem miſit, qui nuntiaret; Lacedæmonii à bello deſiſtunt, ſi nocentes expuleritis. eos verò eſſe, qui Æginam ceperant. Itaque, qui rei cædis, metuentes, ne à populo, pacis ſtudio, ad ſupplicium raperentur, cum pugionibus venientes, quotquot poterant, occiderunt. Multos etiam ſibi ſocios adſciverunt, libertatem promittentes. Qui verò pacem coucupierant, progreſſi, ad pugnam ſe inſtruebant: at qui à populi partibus ſtabant, victi, ſe ad mæniorum partem quandam recipiebant; &, apertis portis Lacedæmonios admittebant. atque hi per factionem Mantineam occupârunt, quam non poterant bello capere.* Sed mendoſus ille locus. nam qui iſti, queis neceſſe, ut in partes ſuas traherent, libertatem polliceri? certè, ſervos hos fuiſſe, planè oportet. itaque reſcribendum cenſeo. Δούλους δὲ συμμάχους προσεποιήσαντο, τὴν ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. *ſervos etiam ſibi ſocios adſciverunt, libertatem promittentes.* Apud Herodotum, Euryphon ſcribitur, loco citato, lib. VIII. Succeſſit autem ei filius, PRYTANIS: qui cum Cynurenſibus priùs, inde etiam cum Argivis, bellum geſſit. Pauſanias. Εὐρυπῶντος δὲ υἱὸς γίνεται Πρύτανις. ἐπὶ μὲν δὴ Πρυτάνιδος, τοῦ Εὐρυπῶντος, τὸ ἔχθος τε Λακεδαιμονίοις ἤρξατο τὸ ἐς Ἀργείους· καὶ, ἔτι τοῦ ἐγκλήματος τούτου πρότερον, Κυνουρεῦσιν ἐπολέμησαν. *Euryponte naſcitur Prytanis: eoque regnante, Lacedæmoniis inimicitiæ cum Argivis ſunt exortæ: & jam antè, quam Argivis crimini daretur quicquam, cum Cynurenſibus bellum geſſerant.* Quæ totidem ferè verbis etiam Anonymus, de reg. Laced. Certè Prytanin Eurypontis etiam agnoſcit filium Plutarchus, in

Lycurgi Vita. Πατροκλέους μὲν, τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα. *Patroclis quidem, filii Ariſtodemi, fuiſſe Soum; Soi verò, Eurytionem.* Herodotus, lib. VIII. Τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος. *Qui Prytanis, qui Euryphontis.* Anonymus. Τέταρτος, Πρύτανις, ὁ Εὐρυπῶντος. *Quartus, Prytanis, Eurypontis filius.*

## CAPUT XVI.

*Eunomus rex, & poſt illum Polydectes: ſub quo utroque pax Lacedæmoniis conſtans. Eunomum Polydectis patrem eſſe: & Herodotus ea de re emendatus; ut & Suidas. Lycurgus, Eunomi filius, Polydectis frater, verum ex diverſâ matre. Simonidis, Phlegontis, & Joannis Tzetzæ, error. Eunomus quomodo interierit. Polydectes, regno non diu potitus, moritur, uxore gravidâ: quæ cum filium peperiſſet, Charilaus ille à Lycurgo dictus, ſeu Charillus, & in regno conſtitutus. Ejus geſta, apophthegma, & regni tempus.*

PRytanis verò poſtquam vitâ exceſſiſſet, regnum accepit filius, EUNOMUS. Anonymus. Πέμπτος, Εὔνομος, ὁ Πρυτάνιδος. *Quintus, Eunomus, filius Prytanidis.* Et ab eo filius item POLYDECTES. Idem Anonymus. Ἕκτος, Πολυδέκτης, ὁ Εὐνόμου. *Sextus, Polydectes, Eunomi filius.* Sub hoc Sparta in pace vixit. Anonymus ſubjungit. Ἐπὶ τούτου τοῦ Εὐνόμου ἐν εἰρήνῃ διετέλεσεν οὖσα ἡ Σπάρτη. *Sub hoc Eunomo pacem ſemper Sparta habuit.* Pauſanias etiam de patris regno affirmat. Τὰς δ' ἐφεξῆς ταύτῃ γενεὰς, Εὐνόμου τε τοῦ Πρυτάνιδος, καὶ Πολυδέκτου τοῦ Εὐνόμου, βασιλευόντων, ἐν εἰρήνῃ διετέλεσεν οὖσα ἡ Σπάρτη. *Ac proximas quidem deinceps ætates, Eunomo ſcilicet Prytanidis, & Polydecte Eunomi filio, regnantibus, perpetua pax Spartanis fuit.* Meminitque

nitque utriuſque regis, inter alios, etiam in Corinthiacis. Καὶ τοῦ βασίλεως Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιδος. *Et rege Nicandro, filio Charilli, Polydectis nepote, Eunomi pronepote, Prytanidis abnepote.* Eunomum Polydectis patrem fuiſſe, dicit etiam Plutarchus, in Lycurgo. Προκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα· τούτου δὲ, Πρύτανιν· ἐκ τούτου δὲ, Εὔνομον· Εὐνόμου δὲ, Πολυδέκτην. *Proclis quidem, filii Ariſtodemi, filium fuiſſe Soum; Soi autem, Eurytionem; hujus, Prytanim; ex hoc inde natum Eunomum, & ex Eunomo Polydecten.* Itaque luxatus eſt Herodoti locus, incuriâ exſcribentis librarii, qui Eunomum, Polydectis patrem, filium illius facit; & Charillum, filium Eunomi, qui Charilli avus erat. Ecce verba, lib. VIII. Τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος. *Qui Charilli filius erat, Eunomi nepos, Polydectis pronepos, Prytanidis abnepos.* Omninò ſic reſtituendum. Τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιος. *Qui Charilli filius erat, Polydectis nepos, Eunomi pronepos, Prytanidis abnepos.* Certè Charillus patrem Polydecten habuit, & non Eunomum: quod præter Pauſaniam, ac Plutarchum, Pauſaniamque, & Anonymum, etiam teſtatum nobis è Soſibio, Scriptore Lacedæmonio, Clemens facit, Strom. I. Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων, ἐν χρόνων ἀναγραφῇ, κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει, *Soſibius verò Lacedæmonius, in deſcriptione temporum, Homerum refert ad Charillum, Polydectis filium, cum regnaret annum octavum.* Ergo res eſt ſatis plana. Mutilus autem Suidæ locus, in Λυκοῦργος. Ἦν θεῖος πρὸς πατρὸς Χαριλάου, τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Εὐνόμου ἀδελφός. *Erat patruus Charilai, qui Spartæ rex fuit, Eunomi frater.* Reſtitue. Τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Πολυδέκτους, τοῦ Εὐνόμου, ἀδελφός. *Qui Spartæ rex fuit, Polydectis, Eunomi filii, frater.* Erat enim Eunomi Lycurgus filius, non frater, quanquam haud ex eâdem matre. Nam uxores Eunomo fuere duæ: ac prognatus ex priore Polydectes; ex ſecundâ, cui nomen Dianaſſa, Lycurgus. Plutarchus, in ejus vitâ. Εὐνόμου δὲ, Πολυδέκτην (γενέσθαι) ἐκ προτέρας γυναικός· Λυκοῦργον δὲ, νεώτερον, ἐκ Διανάσσης. *Eunomo verò, Polydecten (natum eſſe) ex priore uxore; Lycurgum autem, minorem natu, è Dianaſſâ.* Eunomi Lycurgum filium, etiam Ælia-

K nus

nus facit. lib. XIII. cap. XXIII. Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὁ Εὐνόμου παῖς, δικαίους βουλόμενος ἀποφῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους, ὑπὲρ τούτου γε οὐ καλοὺς τοὺς μισθοὺς ἠρύσατο. *Lycurgus Lacedæmoniis, Eunomi filius, juſtos reddere cupiens Lacedæmonios, haud mercedem ejus rei bonam retulit.* Nimis exerrabat Simonides, qui Prytanidis eum filium faciebat. Plutarchus, in Lycurgo. Καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς, οὐκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκοῦργον πατρὸς, ἀλλὰ Πρυτάνιδος. *Ac Simonides poëta, Lycurgum non Eunomo patre natum dicit, ſed Prytanide.* Eodem quoque modo Phlegon, in Fragmento de Olympiis. Λυκοῦργος δὲ, ὁ Λακεδαιμόνιος, υἱὸς ὢν τοῦ Πρυτάνιος. *Lycurgus verò Lacedæmonius, filius exiſtens Prytanidis.* Errat & Joannes Tzetzes; qui Lycurgum Charilai, qui ex fratre nepos erat, fratrem facit. Hiſt. Var. Chil. VIII. cap. CCXXXVIII. Χάριλλος Λάκων ἀδελφὸς ὑπῆρχε τῷ Λυκούργῳ. *Charillus Laco frater erat Lycurgo.* Eunomus quidem quonam modo interierit, refert Plutarchus, in citato jam Lycurgo. Ἀνομία, καὶ ἀταξία, κατεῖχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον· ὑφ᾽ ἧς καὶ τὸν πατέρα τοῦ Λυκούργου (τὸν Εὔνομον) βασιλεύοντα συνέβη τελευτῆσαι. διερύκων γὰρ ἀψιμαχίαν τινὰ, μαγειρικῇ κοπίδι πληγεὶς, ἀπέθανε· τῷ Πρεσβυτέρῳ παιδὶ, Πολυδέκτῃ, καταλιπὼν τὴν βασιλείαν. *Conculcatio legum, & confuſio, Spartæ erat: ex quâ patrem Lycurgi (Eunomum) regem mori contigit. cum enim manum conſerentes dirimeret, cultro coquinario ictus, occubuit: filio majori natu, Polydectæ, regnum relinquens.* Interfecto itaque hunc in modum Eunomo, ei in regno ſucceſſit filius, Polydectes. Sed non diu patri ipſe ſupervixit; ac deceſſit, gravidâ relictâ uxore: quæ dum pareret, regnum adminiſtravit Lycurgus, pro hærede, ſi fors filius naſceretur. Plutarchus, in ejus vitâ. Ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου, (τοῦ Πολυδέκτου,) μετ᾽ ὀλίγον χρόνον, ἔδει βασιλεύειν, ὡς πάντες ᾤοντο, τὸν Λυκοῦργον· καὶ πρίν γε τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ φανερὰν ἔσεσθαι κύουσαν, ἐβασίλευεν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο τάχιστα ᾔσθετο, τὴν μὲν βασιλείαν ἀπέφηνε τοῦ παιδὸς οὖσαν, ἄν περ ἄῤῥην γένηται, τὴν δ᾽ ἀρχὴν αὐτὸς ὡς ἐπίτροπος διεῖπε. *Mortuo verò etiam, (Polydecte,) non multo poſt, regnum ad Lycurgum, ut exiſtimabant omnes, pertinebat: ac, priuſquam uxorem fratris uterum conſtaret ferre, regnavit. ſimul autem id cognovit, pueri, ſi maſculus is naſceretur, regnum eſſe declaravit: idque ceu tutor adminiſtra-*

*vit.* Vide etiam Strabonem, lib. X. Et octavo menſe pòſt cum filium vidua Polydectis peperiſſet, CHARILAUS, ſeu, ut alii, CHARILLUS, à Lycurgo appellatus, & rex publicè ſalutatur. Vide Plutarchum, in Lycurgo; & de fort. Alex. lib. II. item Suidam, in Λυκοῦργος. Hic Argivorum terram devaſtavit, & bellum Tegeatis intulit: ſicut auctor eſt Pauſanias, in Laconicis; & Anonymus, de reg. Laced. Sed infelix illi ejus belli finis: quippe captus, & dimiſſus, eâ lege, ne deinceps quid tentaret, fidem minimè ſervavit: ut Pauſanias idem refert, in Arcadicis. Ejus apophthegmata quædam refert Plutarchus, in Lycurgo, & Apophthegm. Lac. Sub hoc quidam floruiſſe Homerum volunt. Clemens, Strom. I. Σωσίβιος γὰρ ὁ Λάκων, ἐν τῇ χρόνων ἀναγραφῇ, κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτου, βασιλείας Ὅμηρον φέρει. *Soſibius verò Lacedæmonius, in Deſcriptione temporum, exſtitiſſe Homerum tradit anno regni Charilli, Polydectis filii, octavo.* Anonymus, de hoc Charilao verba faciens. Κατὰ τὸ ὄγδοον τοῦ Χαρίλλου βασιλείας ἔτος Ὅμηρον γνωρίζεσθαι φησὶ Σωσίβιος ὁ Λάκων, ἐν χρόνων ἀναγραφῇ. *Circà octavum regni Charilli annum claruiſſe Homerum dicit Soſibius Lacedæmonius, in Deſcriptione temporum.* Regnavit autem annos ſexaginta quatuor. Clemens, Strom. I. Βασιλεύει μὲν οὖν Χάριλλος ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα. *Itaque regnavit quidem Charillus annis ſexaginta quatuor.* Et Anonymus. Ἕβδομος Χάριλλος, ὁ Πολυδέκτου, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑξήκοντα. *Septimus, Charillus, Polydectis filius, regnavit annis ſexaginta quatuor.*

RIGGS LIBRARY,
Georgetown College, D. C.

# CAPUT XVII.

*Nicander patri Charilao ſuccedit. Teleclum collegam non habuit, ſed Alcamenem. Pauſaniæ error indicatus. Sub eo Olympia inſtituta: & bellum, in Argivos motum. Quot annis regnaverit. Succedit ei Theopompus, à quo ephori inſtituti. Huic ſuccedit Leuxidamus, ex filio nepos: illi, filius Anaxiamus: cui mox Archidamus* I. *cui Agaſicles, ſive Hegeſicles. Huic Ariſto: cujus uxor formoſiſſima, anteà deformis maximè. Succedit filius, Demaratus: ſed dejicitur. Leotychides, ſeu Leutychides, dejecto ſuccedit; ipſe quoque paria paſſus: & ſuccedit Archidamus II. à quo bellum Archidamium nomen accepit. Ejus uxores; Lampido, & Eupolia. Plutarchi locus emendatus. Quam diu regnaverit.*

POſtquàm vitâ Charilaus exceſſiſſet, regnum accepit filius, NICANDER; & collegam ex familiâ priore Teleclum habuit: quem occiſum à Meſſeniis in Dianæ fano ſuprà memoravi. Pauſanias. Μετὰ δὲ Χάριλλον τελευτήσαντα, Νίκανδρος ὁ Χαρίλλου διαδέχεται τὴν ἀρχήν. καὶ τά Μεσσηνίων ἐς Τήμεκλον, τοῦ τῆς ἑτέρας βασιλέα οἰκίας, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Λιμνάδος συμβάντα, ἐπὶ Νικάνδρου γίνεται βασιλεύοντος. *Mortuo verò Charillo, Nicander, Charilli filius, regnum ſuſcipit: quæque à Meſſeniis in Teleclum patrata, in Dianæ Limnadis fano, Nicandro regnante acciderunt.* Sed Pauſaniam equidem memoriâ hîc lapſum putem: cum mors Telecli potius inciderit in Charilli tempora, Nicandri patris. Nam Nicander, regnum adiit Alcamenis demum, Telecli filii, anno quarto. Eſtque certum ejus rei argumentum, quod Olympia inſtituta anno Alcamenis triceſimo ſeptimo, ultimoque, qui Nicandri triceſimus quartus,

tus. Clemens, ex Soſibio Lacedæmonio, Strom. I. Βασιλεύει μὲν οὖν ὁ Χάριλλος ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα· μεθ' ὃν υἱὸς Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ἐννέα. τούτου δὲ τὸ τριακοστὸν τέταρτον ἔτος περιῶσαι φησὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. *Ac regnavit quidem Charillus annos ſexaginta quatuor: poſt quem filius Nicander annis novem & triginta. Ejus verò anno triceſimo quarto Olympiadem primam inſtitutam eſſe dicit.* Argivis quoque hic Nicander bellum intulit, & pleramque regionem devaſtavit. Pauſanias. Ἐσέβαλε δὲ καὶ ἐς τὴν Ἀργολίδα ὁ Νίκανδρος στρατιᾷ, καὶ τὰ πολλὰ ἐκάκωσε τῆς χώρας *Etiam copias infeſtas in Argivorum terram duxit, & magnæ regionis parti malum dedit.* Regnavit verò annis novem & triginta: ut apparet ex Clemente, in citatis ſtatim verbis. Anonymus. Ὄγδοος, Νίκανδρος ὁ Χαρίλλου, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἐννέα. *Octavus, Nicander, Charilli filius, regnavit annis triginta novem.* Suidas, annum unum demit, ac triginta octo dicit. Μεθ' ὃν (ἐβασίλευσεν) ὁ Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ. *Poſt quem (regnavit) Nicander annis triginta octo.* Huic ſucceſſit filius, THEOPOMPUS. Anonymus. Ἔνατος, Θεόπομπος, ὁ Νικάνδρου. *Nonus, Theopompus, Nicandri filius.* Ab hoc ephoros inſtitutos, dixi Antiqu. Lac. lib. II. cap. IV. Apophthegmata ejus quædam, memorantur à Plutarcho, in Lycurgo, & Apophthegm. Lac. & lib. ad indoctum principem. Meminit ejus etiam Herodotus, lib. VIII. Eo regnante, cum Argivis de Thyreatum quoque finibus dimicatum eſt: verum prælio Theopompus non interfuit; partim ſenio impeditus, partim animi mærore, ob Archidami filii mortem: uti teſtis eſt Pauſanias, in Laconicis; item Anonymus, De reg. Laced. De ejus morte variatum. Myron enim Prieñenſis, bello cum Meſſeniis ab Ariſtomene cæſum tradit: uti auctor eſt Pauſanias, in Meſſenicis. Sed refutat eum ille: & non niſi poſt id bellum, cui finem impoſuerat, mortuum refert; ac defendit ſe Tyrtæi auctoritate. Certè inter trecentos fuiſſe, quos Jovi Ithomatæ Ariſtomenes immolavit, refert Clemens, in Protreplico. Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος τῷ Ἰθωμάτῃ Διῒ τριακοσίους ἀπέσφαξεν· ἐν οἷς καὶ Θεόπομπος ἦν, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεύς, ἱερεῖον εὐγενές. *Ariſtomenes Meſſenius Jovi Ithomatæ trecentos immolavit: in quibus etiam erat Theopompus, rex Lacedæmoniorum, nobilis victima.* Idem & Cyrillus tradit, adverſus Julianum, lib. IV. Mortuo ſuc-

ceſſit ZEUXIDAMUS, ex Archidamo filio nepos. Anonymus. Δέκατος Ζευξίδαμος, ὁ Ἀρχιδάμου, τοῦ Θεοπόμπου. *Decimus Zeuxidamus, Archidami filius, Theopompi nepos.* Idem videre eſt apud Pauſaniam. Huic rurſum ſucceſſit filius, ANAXIDAMUS: cujus tempore Meſſenii è Peloponneſo ejecti. Anonymus; Ἑνδέκατος, Ἀναξίδαμος Ζευξιδάμου. Ἐπὶ τούτου Μεσσήνιοι φεύγουσιν ἐκ Πελοποννήσου, πολέμῳ τὸ δεύτερον ὑπὸ Σπαρτιατῶν. *Undecimus, Anaxidamus, Zeuxidami filius. Sub hoc Meſſenii, iterum bello à Spartanis ſuperati, Peloponneſo excedunt.* Idem tradit & Pauſanias. Huic ſuccedit ARCHIDAMUS I. & illi AGASICLES: qui Herodoto Ionicè HEGESICLES dicitur, libro primo, ſeptimoque. Utriuſque pacatum admodum regnum fuit: neque turbas habuit, aut dedit ullas: ut Pauſanias, & Anonymus, nobis tradunt. Huic autem filius ſuccedit, ARISTO. De hoc memorat Pauſanias, cum uxorem duxiſſet, maximè deformem, mulierem factam, formoſiſſimam de repentè evaſiſſe, ope Helenæ. quod quâ ratione factum, fuſè tradit & Herodotus, lib. VI. Erat autem uxor tertia: quam duabus, quia ſteriles, ſuperinduxit. Eam verò quonam modo ab Ageto, cui illa nupta erat, circumvento impetraverit, ab Herodoto itidem commemoratur, libro citato. Ex hâc autem ſeptimo ei menſe natus eſt DEMARATUS, qui ſuccedit: ſed dejicitur à Leutychide, quem Cleomenes, rex alterius familiæ, contra ipſum concitaverat, patris imprudentis dicto pro ſe uſus. Strictim exponunt Pauſanias, & Anonymus; & Herodotus prolixè, lib. VI: ubi & plura de eodem referuntur. Bello contra Argivos, cum in urbem perveniſſet, & Pamphyliacum occupaſſet, à mulieribus ejectus fuit. Vide narrantem Plutarchum, lib. De Virt. Mul. Meminit ejus Sextus Empiricus, contra Mathematicos lib. I. cap. XII. Ejus apophethgmata quædam memorantur à Plutarcho, in Apophtheg. Lac. Atque ita LEOTYCHIDES, qui Leutychides Herodoto, regno potitus, illud tenuit: ſed non ſemper. nam Demarato pœnas dedit; &, ob crimen accuſatus, Tegeam, relicto regno, fugere neceſſe habuit: atque illic tandem exul vitam finiit. Ejus res, Pauſaniæ commemorantur, & Anonymo; tum Herodoto, lib. VI. Literas ad Spartanos

tanos

tanos arcanas, quibus illos certiores de exercitu Xerxis faceret, refert nobis Polyænus, lib. II. Meminit ejus & Thucydides, lib. I. & Diodorus, lib. XI. Succeſſit verò, ARCHIDAMUS II, Leotychidæ è Zeuxidamo filio nepos: nam Zeuxidamus diem ante patrem obierat. Ejus res geſtas, & ſub ipſo concitatum bellum Peloponneſiacum, breviter Pauſanias refert: ſed diffuſius Thucydides, tribus prioribus libris. Adeoque primum ejus belli decennium, Ἀρχιδάμιος πόλεμος, *Archidamium bellum*, ab eo denominatum. Harpocration. Τὰ πρῶτα δέκα ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος· ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν. *Priores decem anni belli Peloponneſiaci, Archidamium bellum ſunt appellati: quia, ut videtur, Archidamus Atticam invaſit.* Quæ totidem quoque verbis Suidas, in Ἀρχιδάμιος πόλεμος, & Βρασίδας: meminitque ſtrictim etiam Auctor Etymologici, in Δεκελεικὸς πόλεμος. Ejus ſtrategemata quædam referuntur à Polyæno, lib. IV. Duas autem uxores habuit: unam Lampridonem, è quâ filium Agidem ſuſtulit; alteram verò, Eupoliam, è quâ natus Ageſilaus. Plutarchus, in principio Ageſilai. Ἀρχίδαμος, ὁ Ζευξιδάμου, βασιλεύσας ἐπιφανῶς τῶν Λακεδαιμονίων, κατέλιπεν υἱὸν ἐκ γυναικὸς εὐδοκίμου Λαμπριδοῦς, Ἆγιν· καὶ πολὺ νεώτερον ἐξ Εὐπωλίας, τῆς Μελησιππίδα θυγατρός, Ἀγησίλαον. *Archidamus, Zeuxidami filius, qui præclarè apud Lacedæmonios regnavit, reliquit filium ex illuſtri uxore Lampridone Agin; & multo minorem natu ex Eupoliæ, Meleſippidæ filiâ, Ageſilaum.* Sed corruptus leviter locus: etenim prioris uxoris nomen erat Lampido. Plato, in Alcibiade I. Οἶμαι δ', κἂν Λαμπιδώ, τὴν Λευτυχίδου μὲν θυγατέρα, Ἀρχιδάμου τε γυναῖκα, Ἄγιδος τε μητέρα, οἳ πάντες βασιλεῖς γεγόνασι, θαυμάσαι ἂν καὶ ταύτην. *Arbitror verò, etiam Lampidonem, Leotychidæ quidem filiam, Archidamique uxorem, & Agidis matrem, qui omnes fuerunt reges, hanc quoque admiraturam fuiſſe.* Herodotus item, lib. VI. Θυγάτηρ δὲ (Λευτυχίδου) Λαμπιδώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει. *Filia autem (Leotychidæ) Lampido: quam Archidamus, Zeuxidami filius, uxorem duxit.* Altera harum exiguâ ſtaturâ fuit: propter quam mulctatus etiam ab ephoris, dictitantibus, Regulos eum, non reges gignere velle. Memorant cum alii iſtud, tum Plutarchus, in Ageſilai Vitâ, & lib. De educ. puerorum.

rorum.

rorum. Regnavit verò annos quadraginta duos. Diodorus, de eo verba faciens, lib. XII. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἀρχίδαμος, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα δύο. *In Græciâ autem Archidamus, rex Lacedæmoniorum, diem obiit, cum regnaſſet annos quadraginta duos.*

## CAPUT XVIII.

*Succedit Archidamo filius, Agis I: iſque quam diu regnaverit. Uxor, Timæa: cum quâ creditus Alcibiades conſueviſſe. Succedit frater, Ageſilaus II; cujus regnum clade Leuctricâ infelix: ejuſque cauſæ quænam fuerint. Dionyſii Halicarnaſſei, Plutarchi, Ariſtidis, & Pauſaniæ, error. Quam diu vixerit, ac regnaverit.*

SUcceſſit verò Archidamo filius, AGIS I. De quo, ejuſque rebus, Pauſanias, Thucydides, Xenophon, & Diodorus. Ejus ſtrategemata quædam memorantur Polyæno, lib. I. Regnavit annos XXVII. Subjungit Diodorus, ad citata antè verba. Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις, ἐβασίλευσεν ἔτη εἴκοσι ἑπτά. *Succedens verò in principatu Agis, regnavit annos viginti ſeptem.* Hujus uxor, Timæa erat: cui ſtuprum intuliſſe Alcibiades ferebatur. Meminit Plutarchus, in Alcibiade, Lyſandro, & Ageſilao: item, De animi tranquillitate. Vitâ exceſſit, adeò grandi ſenectute, ut, exhauſtis corporis viribus, lecto plurimum decumberet; uti memorat Plutarchus, extremo libro, An ſeni ſit gerenda reſp. Illi verò, excluſo filio Leotychide, ſucceſſit frater, AGESILAUS II. De quo plurima Diodorus, ac Pauſanias: &, propriis libris, Xenophon, Cornelius Nepos, & Plutarchus: qui & apophthegmata quædam ejus refert, in Apophthegm. Lac. Strategemata, memorantur Polyæno, lib. II. & Frontino, lib. I. cap. XI. Sub hoc accidit pugna ad Leuctra; maximâ Lacedæmoniorum

eum clade, quâ eorum principatus eſt everſus, memorabilis, Olymp. CII. anno II. Eſt videre apud Diodorum Siculum in illius anni rebus, lib. XV. & Pauſaniam, in Arcadicis. Cecidere verò eo prælio Lacedæmonii quater mille, cum Bœoti vix trecentos è ſuis deſiderarent. Diodorus Siculus, loco citato, ubi de eâ pugnâ agit. Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ, τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων, τῶν δὲ Βοιωτῶν, περὶ τριακοσίους. *Ceciderunt autem in prælio, Lacedæmoniorum haud pauciores quatuor millibus; Bæotorum verò, circiter trecenti.* Minuit numerum Dionyſius Halicarnaſſeus: mille tantum, & ſeptingentos, eos dicens. Ecce verba, lib. II. Σπαρτιᾶται μὲν γε, πταίσαντες μάχῃ τῇ περὶ τὰ Λεῦκτρα, ἐν ᾗ χιλίους καὶ ἑπτακοσίους ἄνδρας ἀπέβαλον, οὐκ ἔτι τὴν πόλιν ἠδυνήθησαν ἐκ τῆς συμφορᾶς ταύτης ἀναλαβεῖν, ἀλλ' ἀπέστησαν τῆς ἡγεμονίας σὺν αἰσχύνῃ. *Spartani certò, poſt acceptam ad Leuctra cladem, in quâ viros amiſerunt mille atque quadringentos, nunquam poſteà in integrum reſtituere civitatem potuere, ſed ceſſerunt principatu cum opprobrio.* Magis etiam Pauſanias; ubi mille, aut paullo plures, tantum interfectos dicit: & Bœotos, vix deſideraſſe ſeptem & quadraginta. Ecce verba de hâc pugnâ, in Bœoticis. Ἀπέθανον δὲ Θηβαίων, καὶ ὅσοι παρέμειναν Βοιωτῶν, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἄνδρες· Λακεδαιμονίων δὲ αὐτῶν ω πλεί ἢ χίλιοι. *Occubuerunt de Thebanis, & Bœotis, qui permanſerant, viri quadraginta ſeptem; è Lacedæmoniis ipſis, plures mille.* Neque aliter Plutarchus, in Ageſilai Vitâ. Ἀπέθανον δὲ χίλιοι Λακεδαιμονίων, καὶ Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ κράτιστοι τῶν Σπαρτιατῶν. *Cæſi verò è Lacedæmoniis mille, atque rex Cleombrotus, ac fortiſſimi circa eum Spartanorum.* Ariſtides etiam, de re eâdem, Leuctricâ I. Εἰ γὰρ καὶ πάνδεινα πεποιήκασι Λακεδαιμόνιοι, καὶ πάσης μείζω τιμωρίας, ὁ καιρὸς αὐτοὺς, ὦ Ἀθηναῖοι, παραιτεῖται, καὶ τὸ μὴ καλῶς ἔχειν ὑμῖν ἐπιτίθεται τοῖς ἀτυχήμασιν αὐτῶν. ὧν γὰρ πλείους μὲν ἢ χίλιοι τεθνᾶσι, ἀφεστᾶσι δὲ οἱ σύμμαχοι, κεκόσμηται δὲ τοῖς ὅπλοις τὰ τῶν Θηβαίων ἱερὰ, αἱ δὲ ἐλπίδες εἰς ἡμᾶς μόνους ἀνήρτηνται, πῶς ἄξιον αὐτόχειρας τούτων γενέσθαι, καὶ μὴ συνδιατηρῆσαι τὰς ὑπολοίπους ἀφορμάς; *Ut enim Lacedæmonii graviſſima quæque, & omni ultione majora, commiſerint, tamen tempora, ô Athenienſes, deprecantur pro iis, nec vos decet illorum inſultare miſeriis. Nam, quorum plures mille reciderunt, ſociique defecerunt,*

*armis templa Thebanorum ſunt ornata, ſpes omnis in vobis eſt repoſita, eos quomodo poſſitis occidere, & illorum reliquias non conſervare?* Sed profectò magnus eſt eorum error, adſtruitque Diodoro fidem Xenophon: qui hoc prælio cecidiſſe plures refert, quam ſuperſtites remanſerint. Habe verba ejus, in Ageſilao. Αὐτῶν Σπαρτιατῶν οὐ μειόνων ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ, ἢ λειπομένων. *Cum ex Spartanis ipſis in pugnâ Leuctricâ haud pauciores cecidiſſent, quam ſuperſtites manſiſſent.* Atqui Spartanorum civium octo millia fuiſſe, dicit rex Demaratus, apud Herodotum, lib. VII. Et omninò veritati eſt conſentaneum, majorem numerum millenario fuiſſe, quo amiſſo, amiſſus principatus fuit, nec reſtitui deinde potuit. Quæ autem victoriæ potiſſima Bæotis cauſa tunc extiterit, à Plutarcho memoratur, Sympoſ. lib. II. cap. V. Τῶν μαχομένων πρῶτον ἔργον ἐστὶ τὸ πατάξαι, καὶ φυλάξασθαι· δεύτερον δὲ, συμπεσόντας ἤδη, καὶ γενομένους ἐν χερσὶν, ὠθισμοῖς τε χρῆσθαι, καὶ περιτροπαῖς ἀλλήλων. ᾧ δὴ μάλιστα φησὶν ἐν Λεύκτροις τοὺς Σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων, παλαιστρικῶν ὄντων, καταβιβασθῆναι. *Eorum qui pugnant primum opus eſt ferire, atque ictus evitare: alterum verò, ubi congreſſi ſunt, & ad manus venerunt, invicem trudere, & ſubvertere adverſarium. quâ re maximè ajunt apud Leuctra Spartanos à noſtris, luctandi peritis, oppreſſos fuiſſe.* Polyænus, etiam cauſam tradit: ideoque victos eſſe Lacedæmonios, quod, oraculo inſuper habito, quo pugnare ad cantum tibiarum juſſi, & idcircò etiam id facere ſoliti, prælium tunc ſine tibiis iniiſſent. Verba ejus ita habent, in ſtrategemate Proclis, lib. I. Οἶδα ἐγὼ, καὶ τὸν θεὸν ἀνελθόντα νίκην Λάκωσιν, εὖτ' ἂν πολεμῶσι μετ' αὐλητῶν, καὶ μὴ πρὸς αὐλητάς. τὸ λόγιον ἤλεγξεν Λεύκτροις ἡ μάχη. ἐν γὰρ Λεύκτροις, αὐλητῶν οὐχ ἡγουμένων, οἱ Λάκωνες παρετάξαντο πρὸς Θηβαίους, οἷς πάτριον ἀσκεῖν αὐλητικήν. ὥστε δῆλος ἦν ὁ θεὸς προαγορεύσας, ὅτι νικήσουσί ποτε Θηβαῖοι Λάκωνας, αὐλῷ μὴ στρατηγουμένους. *Scio ego, reſpondiſſe deum, victores fore Lacedæmonios, quando cum tibicinibus pugnarent, non contra tibicines. Oſtendit oraculum pugna Leuctrica. nam ad Leuctra Lacedæmonii, non præeuntibus tibicinibus, dimicabant cum Thebanis, qui artem tibiâ canendi more patrio exercebant. Itaque clarè apparebat, prædixiſſe deum, fore, ut Thebani vincerent Lacedæmonios, qui ſine tibiâ pugnam inirent.* Atque hæ ſecundæ ſanè

cauſæ

cauſæ erant, prima verò, quod punire deus vellet ingens ſcelus, in filias commiſſum Leuctri, Scedaſique, & ab ephoris neglectum. Vide Diodorum Siculum, lib. XV. Plutarchum, in Narrat. Amat. & Præceptis Reip. Ger. item Pelopida: tum & Pauſaniam, in Bœoticis, & Iſocratem, in Orat. De pace. Thebani verò, ut hoc obiter nunc dicam, quia lævo cornu hîc ſuperiores, etiam victoriam obtinuiſſent, poſteà quibuſvis præliis principem ſiniſtrę aciei locum tribuerunt. Plutarchus, in Quæſt. Rom. Καὶ γὰρ Θηβαῖοι, τῷ ἀριστερῷ κέρατι τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους, καὶ κρατήσαντες ἐν Λεύκτροις, διετέλεσαν ἐν πάσαις ταῖς μάχαις τῷ ἀριστερῷ τὴν ἡγεμονίαν διδόντες. *Etenim Thebani, quod lævo cornu in pugnâ Leuctricâ hoſtem fudiſſent, ac viciſſent, etiam deinceps in omnibus præliis principem locum ſiniſtræ aciei tribuerunt.* Regnavit verò Ageſilaus annos quadraginta unum, vixit octoginta quatuor. Plutarchus, in ejus vitâ. Ἀποθνήσκει (ὁ Ἀγησίλαος) βιώσας μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη· βασιλεύσας δὲ τῆς Σπάρτης, ἑνὶ καὶ τεσσαράκοντα πλέον. *Moritur, (Ageſilaus,) cum vixiſſet annos octoginta quatuor; regnaſſet verò Spartæ unum ſupra quadraginta.* Gemiſtus, de eodem, Hellenici lib. I. Νόσῳ τελευτᾷ, βιοὺς μὲν ἔτη τέτρασι πλείω τῶν ὀγδοήκοντα· βασιλεύσας δὲ τῆς Σπάρτης, ἓν καὶ τεσσαράκοντα.

# CAPUT XIX.

*Succedit Ageſilao filius, Archidamus III. Ejus victoria illuſtriſſima.* Ἄδακρυς μάχη. Ἄδακρυς πόλεμος. *Proverbium. Victum Laconicum contemnit. Tarentinis imploratus fert auxilium, & ibi cadit, neque traditur ſepulcro: ideoque ſtatua ei Olympiæ poſita. Ubi ceciderit. Plutarchi locus emendatus. Quam diu regnaverit. Succedit frater, Agis II. cui Eudamidas I uti illi Archidamus IV. cujus nomen in Pauſania reſtitutum. Ei verò, ſuccedit Eudamidas II. Pauſaniæ locus de eodem emendatus. Poſt hunc, Agis III: cui ſucceſſit Eurydamidas; ſicut illi Epiclidas. Præter iſtos, Glaucus, Dion, Theſtiuſque, extra ordinem memorati. Quam diu ſub regibus Sparta fuerit.*

AGeſilao filius ſucceſſit, ARCHIDAMUS III: de quo Xenophon, Hiſt. Græc. lib. VII. Diodorus, lib. XVI. Pauſanias, in Laconicis; & Anonymus. Ejus apophthegmata quædam refert Plutarchus, in Apophthegm. Lac. Strategemata, memorantur à Polyæno, lib. I. & Frontino, lib. I. cap. XI. Hoc ductore, accidit nobiliſſima Lacedæmoniorum victoria, de Arcadibus reportata; quorum ſupra decem millia eâ pugnâ ceciderunt, è Lacedæmoniis contrà nemine deſiderato ſicut memorat Diodorus, lib. XV. in rebus Olymp. CIII. anni I. Fuitque ex re ea pugna Ἄδακρυς μάχη, *Illacrymabilis pugna*, dicta. Plutarchus, in Ageſilao. Ἀρχίδαμος δὲ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐνίκησεν Ἀρκάδας τὴν λεγομένην Ἄδακρυν μάχην. οὐδεὶς γὰρ ἔπεσε τῶν μεθ' αὐτοῦ, συχνοὺς δὲ τῶν ἐναντίων ἀνεῖλεν. *Archidamus verò, ejus filius, Arcadas vicit, eâ pugnâ, quæ Illacrymabilis dicta. nam, ſuorum nemi-*

ne

*ne deſiderato, magnam hoſtium ſtragem edidit.* Meminit Julianus, Orat. II. Ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην κρίνω τῆς Λακωνικῆς μακρῷ σεμνοτέραν. ἡ μὲν γε, ἦν ἄδακρυς μόνον τοῖς κρατοῦσιν· ἡ δὲ, οὐδὲ τοῖς κρατηθεῖσιν ἤνεγκε δάκρυα. *Hanc ego victoriam Laconicâ illâ longè glorioſiorem judico. Hæc enim, ſolis victoribus illacrymabilis fuit; illa verò, neque victis lacrymas tulit.* Et Themiſtius, Orat. XIV. Ὑμνοῦσι μὲν οὖν καὶ Σπαρτιᾶται ἀναίμακτόν τινα, καὶ ἄδακρυν νίκην· δι' ἧς Ἀρκάδων ἐκράτησαν, μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις συμφοράν. *Prædicant itaque Spartani victoriam quandam incruentam, & illacrymabilem, quâ Arcadas vicerunt, poſt cladem Leuctricam.* Abiitque in proverbium, Ἄδακρυς πόλεμος. *Illacrymabile bellum:* de quo Suidas; & Zenobius, Cent. I. Proverb. XXVIII. ac Diogenianus, Cent. I. Proverb. LIII. Uxor ejus, Dinicha fuit. Obſervare eſt apud Pauſaniam, in Laconicis. Θεόπομπος δὲ ὁ Δαμασιστράτου, τόν τε Ἀρχίδαμον μεταχεῖν τῶν πραγμάτων αὐτὸν, καὶ ἔτι Δεινίχαν, τὴν Ἀρχιδάμου γυναῖκα, παρὰ τῶν δυναστευόντων ἐν Φωκεῦσιν ἔφη λαμβάνουσαν δωρεὰν, ἑτοιμότερον ποιεῖν σφίσιν ἐς τὴν συμμαχίαν Ἀρχίδαμον. *Theopompus verò, Damaſiſtrati filius, Archidamum ait & rerum participem ipſum fuiſſe, & uxorem Dimicham, acceptis à primariis Phocenſium muneribus, promptiorem ad ſocietatem ineundam Archidamum feciſſe.* Laconico contempto victu, convivia externo more inſtituebat; ideoque patriâ libenter abſens, implorantibus Tarentinis, etiam ſuppetias tulit: atque ibi in pugnâ cecidit, & ſepulcri honore caruit. Athenæus, lib. XII. Ἀρχίδαμος ὁ Λάκων, ἀποστὰς τῆς πατρίου διαίτης, συνεισίᾳ ξενικῶς, καὶ μαλακῶς· διόπερ οὐκ ἠδύνατο τὸν οἴκοι βίον ὑπομένειν, ἀλλ' ἐσπούδασεν ἀεὶ, δι' ἀκρασίαν, ἔξω διατρίβειν. καὶ, Ταρεντίνων πρεσβευσαμένων περὶ συμμαχίας, ἔσπευσε συνελθεῖν αὐτοῖς βοηθός. κἀκεῖ γενόμενος, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανὼν, οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθη, καίτοι Ταρεντίνων πολλὰ χρήματα ὑπισχνουμένων τοῖς πολεμίοις, ὑπὲρ τοῦ ἀνελέσθαι τὸ αὐτοῦ σῶμα. *Archidamus Lacedæmonius, omiſſo victu patrio, externorum more molliter convivabatur. nam domeſticam vitæ rationem ferre haud poterat, ſed ſtudebat, propter luxum, in externis oris vivere, itaque, cum Tarentini legatos miſiſſent de ineundâ ſocietate, ſummo ſtudio ad ipſos auxiliaturus conceſſit. ubi cum eſſet, in prælio mortem oppetiit, nec ſepulcro dignus habitus fuit, quamvis multum pecuniæ hoſtibus Tarentini offerrent, ut*

*ejus corpus auferri ſinerent.* Vocatum à Tarentinis eum, ad ſuppetias ferendas, etiam eſt auctor Strabo, lib. VI. Cædem verò, memorat item Diodorus, lib. XVI. in rebus Olympiadis CVIII. anni III. & Pauſanias, in Laconicis: qui hoc addit, ideò ſtatuam Olympiæ ei collocatam eſſe. Verba ejus, ita habent, Eliacorum lib. II. Παρὲ δὲ Σωδάμαν, Ἀρχίδαμος ἕστηκεν, ὁ Ἀγησιλάου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. πρὸ δὲ οὐ Ἀρχιδάμου τούτου βασιλέως, εἰκόνα οὐδενὸς ἔν γε τῇ ὑπερορίᾳ Λακεδαιμονίους εὕρισκον. Ἀρχιδάμου δὲ ἄλλων τε καὶ τῆς τελευτῆς, ἐμοὶ δοκεῖν, εἵνεκα ἀνδριάντας ἐς Ὀλυμπίαν ἀπέστειλαν, ὅτι ἐν βαρβάρῳ τε ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ Χρεὼν, καὶ βασιλέων μόνος τῶν ἐν Σπάρτῃ δῆλός ἐστιν ἁμαρτὼν τάφου. *Propè Sodaman verò, Archidamo, Ageſilai filio, Lacedæmoniorum regi, ſtatua eſt collocata. Ante hunc autem regem Archidamum, nulli cuiquam extra fines ſtatuam Lacedæmonios poſuiſſe compertum habeo. Archidamo verò, cùm ob alia, tum & mortem, ut opinor, dedicandam in Olympiâ ſtatuam exiſtimârunt, quòd & inter barbaros obiit, & honore ſepulturæ ſolus regum Spartanorum caruit.* Cecidit autem ad urbem Italiæ Mandonium. Plutarchus, in Agide. Ἦν γὰρ Ἀγησιλάου μὲν Ἀρχίδαμος, ὁ περὶ Μανδόνιον τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Μασσαπίων ἀποθανών. *Erat enim Ageſilai quidem filius Archidamus, qui circa Mandonium Italiæ eſt occiſus à Maſſapiis.* Sed ſcribendum eſt Μανδύριον, & Μεσσαπίων: *nam* ſic eam *urbem* vocant, Stephanus. Plinius, lib. II. cap. CIII. Livius, lib. XXVII. Vitâ exceſſit, cum regnâſſet annos tres & viginti. Diodorus, libro anteà citato, poſtquam illum eo prælio cecidiſſe fortiter pugnantem ait, addit. Ἀρχίδαμος μὲν οὖν ἐβασίλευσε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι. *Archidamus itaque regnavit apud Lacedæmonios annis tribus & viginti.* Succeſſit illi filius, AGIS II: qui regnavit annis quindecim. Diodorus ecce ſubjungit. Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις ὁ υἱὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα. *In principatu verò ſuccedens Agis filius, regnum tenuit annis quindecim.* Cecidit autem in prælio cum Antipatro, fortiſſimè pugnans: ut eſt videre apud eundem Diodorum, in rebus Olymp. CXII. anni I. lib. XVII. Succeſſit autem ei frater, EUDAMIDAS I. Pauſanias. Τοῦ δὲ Ἀρχιδάμου τούτου τὸν μὲν πρεσβύτατον παῖδα, Ἆγιν, κατέλαβεν ἀποθανεῖν, Μακεδόσιν ἐναντία, καὶ Ἀντιπάτρῳ, μαχεσάμενον.

*νον.* Εὐδαμίδας δὲ ὁ νεώτερος, Λακεδαιμονίοις ἐβασίλευσεν, ἄγουσιν εἰρήνην. *Hujus Archidami filium majorem, Agin, contigit occumbere in pugnâ contra Macedones, & Antipatrum. Minor verò, Eudamidas, regnavit Spartæ, rebus maxime pacatis.* Plutarchus, in Agide. Ἀρχιδάμου δὲ πρεσβύτερος μὲν υἱὸν, Ἆγις, Εὐδαμίδας δὲ, νεώτερος ὅς, Ἄγιδος ὑπὸ Ἀντιπάτρου περὶ Μεγάλην πόλιν ἀναιρεθέντος, ἀτέκνου, τὴν βασιλείαν ἔσχεν, *Archidami autem natu quidem major filius, Agis; minor verò, Eudamidas: qui, occiſo ab Antipatro apud Megalopolin Agide, regnum tenuit.* Ejus Apophthegmata quædam, refert Plutarchus, in Apophthegm. Lac. Succeſſit ei filius, ARCHIDAMUS IV. Plutarchus, in citato Agide. Τούτου, (τοῦ Εὐδαμίδου,) Ἀρχίδαμος· Ἀρχιδάμου δὲ, ἕτερος Εὐδαμίδας· Εὐδαμίδου δὲ, Ἆγις, ἐπὶ οὗ τάδε γέγραπται. *Hujus verò, (Eudamidæ,) filius fuit Archidamus, hujus autem Eudamidas alter: Eudamidæ verò, Agis iſte, de quo hæc ſcripta.* Sed Archidami hujus nulla mentio eſt apud Pauſaniam, uti neque apud Anonymum, qui Pauſaniam ſemper ſequitur: exciditque ejus nomen, quod reſtituendum cenſeo, ex Plutarcho. Quin Polybius quoque agnoſcit, lib. IV; dicitque, uxorem habuiſſe, filiam Hippomedontis; & ex eâ filios duos ſuſtuliſſe. Ecce verba. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας ὄντος ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου. *Cum ex alterâ familiâ Archidamo, qui Eudamidæ filius erat, duo filii exiſterent, ex Hippomedontis filiâ.* Succeſſit huic filius, EUDAMIDAS II. Vides in Plutarchi verbis, jam citatis. Ἀρχιδάμου δὲ ἕτερος Εὐδαμίδας. *Archidami verò filius fuit, Eudamidas alter.* Apud Pauſaniam, malè Εὐρυδαμίδας ſcribitur, *Eurydamidas.* Corrige ſecundum Plutarchum. Sine dubio, avi repetito nomine, dictus fuerit Eudamidas. Meminit ejus & Polybius, lib. IV. Huic ſucceſſit filius, AGIS III: cujus vitam deſcribit Plutarchus. Regnum tenuit annis novem: ut videre eſt apud Diodorum Siculum, in ipſo fine partis primæ lib. XVII. Poſt hunc, EURYDAMIDAS obtinuit regnum: quem Cleomenes, adhuc puerum, cum veneno ſuſtuliſſet, frater ejus, EPICLIDAS, ipſo id tradente, accepit: ſicut auctor eſt Pauſanias, in Corinthiacis; & Anonymus, De reg. Laced. In hoc familia ſecunda deſiit, ſicut prima in Cleomene III. Hinc tyranni tenuerunt, quos ſequenti capite commemorabo. Illud verò hîc addendum: extra ſeriem hanc

regum,

regum, etiam GLAUCUM nominari, à Pauſania, in Corinthiacis. Ἡ Πυθία, Γλαύκȣ τȣ͂ Ἐπικύδȣς, Σπαρτιάταις βασιλεύσαντος, ἐπίορκα ὀμόσαντος, καὶ τȣ͂δε εἶπεν ἐς τȣ̀ς ἀπογόνȣς κατιέναι τὴν δίκην. *Pythia, cum Glaucus, Epicydis filius, rex Spartanorum, pejeraſſet, ejus pœnam in nepotes etiam deſcenſuram eſſe.* Etiam DION memoratur apud Servium, ad Eclog. VIII. *Dion, rex Laconiæ fuit, qui habuit uxorem Iphitheam, Prognai filiam.* Præter hoſce; item THESTIUS. Cedrenus. Ὁ Θέστιος, τῶν Λακώνων βασιλεύσας, τίκτει θυγατέρας τρεῖς, εἰς ὑπερβολὴν εὐπρεπεῖς, Λήδαν, καὶ Κλυτίαν, καὶ Μελίππην. *Theſtius, Laconum rex, tres gignit filias, ſupra modum formoſas, Ledam, & Clytiam, & Melippam.* Sed Lacedæmonii quam diu reges habuerunt: Dividenda erunt tempora, ut quid certi ſtatuamus. Nam eorum, qui Heraclidas præceſſere, planè tempus ignoratur: Heraclidæ verò reges, quorum primi, Euryſthenes, & Patrocles, fratres, ſerie continuatâ, uſque ad captam ab Antigono urbem Spartam, & Cleomenem ejectum, regnum id per octingentos & viginti quinque annos tenuerunt. Quippe cepit Spartam Antigonus, & Cleomenem, regum ultimum, ejecit Olymp. CXXV. anno I. Ita enim Euſebius, ad illud tempus. *Antigonus, cognomento Gonatas, Lacedæmonem obtinuit.* Ecce, ab Olympiade primâ anni ſunt integri quingenti. Novem autem primi reges, qui fuere ante inſtituta Olympia, per trecentos & viginti quinque annos regnaverunt; ut oſtenſum à me ſupra, cap. X. Ergo habemus illud tempus, quod jam dixi nempe annos octingentos viginti quinque.

# CAPUT XX.

*Tyranni illic: primus Cleomenes; ac Pauſaniæ de eo error oſtenſus. inde, Lycurgus: cujus exitus incertus. hinc, Machanidas, à Philopœmene occiſus. Poſt hunc, Nabis: qui mox, dolo circumventus ab Ætolis, ab Alexameno interficitur: filiuſque ejus, Acmenes, Romanis obſesdatus, à Tito Quintio Flaminino triumphante ante currum ducitur. Gothfridi Viterbienſis locus emendatus. His ſucceſſit Philopœmen, qui graviſſimè vexavit: &, nonnullis interfectis, aut Peloponneſo ejectis, tribus millibus helotarum venum datis, muris etiam dejectis, denique eripuit leges, à Lycurgo olim latas, & invexit Achæorum inſtituta: à quo tempore Lacedæmon ſub Achajâ ſemper habita. Apulejus illuſtratus.*

NUnc tyrannos videamus: de quibus Polybii exſtant iſta verba, lib. IV. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν, ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας καλλίστῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίστην ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, αὐτῆς ἐπὶ τἀναντία τραπείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοὔμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαινούσης, τέλος πλείστων μὲν πόνων, καὶ στάσεων ἐμφυλίων, πεῖραν εἶχον, πλείστοις δ' ἐπάλαισαν ἀναδασμοῖς, καὶ φυγαῖς πικροτάτης τῆς δουλείας πεῖραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος· οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τοὔνομα δυνηθέντες ἀνασχέσθαι αὐτῆς. *Lacedæmonii itaque, qui poſt latas à Lycurgo leges pulcherrimâ reip. formâ uſi fuerant, maximamque potentiam, ad pugnam uſque Leuctricam, obtinuerant, poſtquam fortuna ipſis in contrarium verterat, capitque eorum reſp. indies magis magiſque retrò ſublabi, & in pejus ferri; ad extremum ærumnas plurimas, ſeditioneſque inteſtinas, ſunt experti; repetitis agrorum diviſionibus, & exiliis, ſæpiſſimè ſunt a-*

M *gitati.*

*gitati. acerbiſſimam denique ſervitutem ſervierunt, ad tyrannidem Nabidis uſque: qui tamen tyrannidis ne nomen quidem ipſum ferre olim poterant.* Livius, lib. XXXIV. *Multi jam erant per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem, alii ab aliis pulſi.* Et à Strabone, lib. VIII, Lacedæmonii dicuntur τυραννούμενοι, καὶ πολιτευόμενοι μοχθηρῶς. *Sub tyrannis habiti, & in miſero reip. ſtatu degentes.* Primus, autem Cleomenes fuit. Livius, libro citato. *Poſt mortem Cleomenis, qui primus Lacedæmoniorum tyrannus fuit.* Ac mox iterum ſic appellat. *Quo in loco Antigonus, Macedonum rex, cum Cleomene, Lacedæmoniorum tyranno, ſignis collatis dimicaſſe dicebatur.* Polybius, lib. II. Τοῦ μὲν Κλεομένους τό τε πάτριον πολίτευμα καταλύσαντος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα καταστήσαντος. *Cum Cleomenes conſtitutam in patriâ Reip. formam diſſolviſſet, & regnum legitimum convertiſſet in tyrannidem.* Pauſanias, in Corinthiacis. Κλεωμένης, ὁ Λεωνίδου, τοῦ Κλεωνύμου, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν ἐν Σπάρτῃ, Παυσανίαν ἐμιμεῖτο, τυραννίδος τε ἐπιθυμῶν, καὶ τὸ νόμοις τοῖς καθεστηκόσιν οὐκ ἀρεσκόμενος. *Cleomenes, Leonidæ filius, Cleonymi nepos, regnum adeptus, Pauſaniam ſibi imitandum propoſuit, tyrannidem affectans, legibuſque conſtitutis minimè ſibi ſtandum putans.* Et mox ſubjungit, libenter ipſo, hanc videlicet ob cauſam, liberatos Lacedæmonios, reges ſibi nullos ultrà voluiſſe. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἄσμενοι Κλεομένους ἀπαλλαγέντες, βασιλεύεσθαι μὲν οὐκέτι ἠξίωσαν· τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἐς τόδε διαμένει σφίσι τῆς πολιτείας. *Lacedæmonii verò, non inviti â Cleomene liberati, regem nullum ex eo tempore voluerunt: reliqua verò reip. illius, quæ tunc conſtituta fuerat, forma hactenus permanet.* Sed nec rectè, libenter Lacedæmonios ab eo liberatos dicit; neque regem deinceps alium voluiſſe. ac profectò valdè errat: ſiquidem, accepto de ejus morte nuntio, quod hactenus, affectu in ipſum, & reverentiâ facere minimè voluerant, reges iterum ſibi duos elegerunt: ubi patet ex Polybio, lib. IV. Et affectum quidem in ipſum, ita refert. Οὐχ ἥκιστα δὲ διὰ Κλεομένην, καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν. Ἐλπίζοντες ἀεὶ, καὶ προσδοκίαν ἔχοντες τῆς ἐκείνου παρουσίας ἅμα καὶ σωτηρίας. *Idque propterea maximè fecerunt, quia Cleomenem amabant; ac ſperabant fore, ut ſalvus rediret.* Quod electionem verò novi regis, ejus cauſâ, in annum tertium diſtulerint, dum de ejus morte certò acce-

accepiſſent, verbis ſtatim ſubſequentibus teſtatur. Οἵ γε, (Λακεδαιμόνιοι,) χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πάτρια, σχεδὸν ἤδη τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπλωσιν, οὐδ' ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης. ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἱκέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, εὐθὺς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι τά τε πλήθη, καὶ τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. *Hi ſanè, (Lacedæmonii,) præter alios, cum reſp. ipſorum patriis tunc legibus adminiſtraretur, tertio verò poſt Cleomenis fugam anno, reges Spartæ conſtituere animum ne induxere quidem. Simul verò famâ de Cleomenis morte accepiſſent, ſtatim ad creandos ſe verterunt populus pariter curiaque ephororum.* Inde lecti, Ageſipolis, & Lycurgus: ut Polybius, in ſequentibus illic verbis fuſè narrat. Atque Ageſipolis quidem, adhuc puer, à Lycurgo, qui tyrannidem invadebat, eſt dejectus. Livius, libro citato. *Princeps erat exulum Ageſipolis: cujus, jure gentis, regnum Lacedæmone erat, pulſus infans, ab Lycurgo tyranno.* Meminitque ejus item exulis, & regno pulſi, Polybius, in Excerptis Legationum, cap. XLIX. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἐξαπεστάλησαν ὑπὸ τῶν ἐκ Λακεδαίμονος φυγάδων πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην. ἐν οἷς ἦν Ἀρκεσίλαος, καὶ Ἀγησίπολις· ὃς, ἔτι παῖς ὤν, ἐγενήθη βασιλεὺς ἐν τῇ Σπάρτῃ. *Eo tempore, miſſi ſunt legati Romam ab iis, qui Lacedæmone exulabant: inter quos erant, Arceſilaus, & Ageſipolis; qui, cum adhuc puer eſſet, rex Spartæ fuerat.* Ac Lycurgum, Chilon quidam mox dejicere eſt conatus, verum fruſtrà: ut videre eſt apud Polybium, lib. IV. aliquoties citato. Ac mox, ephori cum ſuſpectum rerum novandarum haberent, ipſe in Ætoliam fugit: poſteaque, rei veritate cognitâ, revocatur: ut Polybius commemorat, lib. V. Quo defuncto, aut dejecto etiam tandem, neque enim certi quicquam eſt ſtatuere, in ſilentio Hiſtoriæ, tyrannidem Machanidas tenuit. Haud Pauſanias ſatis rectè, aut accuratè; qui, Lycurgo prætermiſſo, hunc Cleomeni ſucceſſiſſe nobis tradit, in Meſſenicis. Λακεδαιμονίοις δὲ, ἀπηλλαγμένοις Κλεομένους, ἐπανίσταται τύραννος Μαχανίδας. *Lacedæmoniis verò, à Cleomene liberatis, exoritur tyrannus Machanidas.* Meminit ejus Livius, lib. XXVII. *Quos & Machanidas, Lacedæmoniorum tyrannus, haud procul Argivorum finibus poſitis caſtris, terrebat.* Eum occidit Philopæmen: ut videre eſt apud Polybium, lib. XI; &

Plutarchum, in Philopæmene; ac Pauſaniam, in Arcadicis. Poſt hunc verò, tyrannidem obtinuit Nabis. Pauſanias idem, in Meſſenicis, jam citatis. Λακεδαιμονίοις δὲ, ἀπηλλαγμένοις Κλεομένους, ἐπανίσταται τυραννίδος Μαχανίδας· ἐκείνου δὲ ἀποθανόντος, Νάβις ἀνέφυ σφίσιν αὖθις τύραννος. *Lacedæmoniis verò, à Cleomene liberatis, exoritur tyrannus Machanidas: quo ſublato, rurſus ipſis exſtitit tyrannus Nabis.* Et in Arcadicis, poſt narrationem de cæde Machanidæ. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, αὖθις ἐπανέστη τύραννος Νάβις. *Lacedæmone verò rurſus exortus eſt tyrannus Nabis.* Hic triennio ferè toto cum ſat moderatò illos habuiſſet, ex eo tempore tyrannidem exercere graviſſimam inſtituit. Polybius, in fine lib. XIII. Ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος Νάβις ἔτος ἤδη τρίτον τῆς ἀρχῆς, ὁλοσχερὲς μὲν οὐδὲν ἐπεβάλλετο πράττειν, οὐδὲ τολμᾶν, διὰ τὸ πρόσφατον εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἧτταν τοῦ Μαχανίδου· καταβολὴν δ' ἐποιεῖτο, καὶ θεμέλιον ὑπεβάλλετο πολυχρονίου, καὶ βαρείας, τυραννίδος. *Lacedæmoniorum verò tyrannus Nabis, qui tertium jam annum rerum potiebatur, nihil quidem majoris rei aggredi, vel moliri; audebat; quod recens adhuc eſſet memoria devicti ab Achæis Machanidæ: ſed tyrannidis diuturnæ, atque gravis, fundamenta jaciebat.* Ac ſævitiam vis ſcire, quam exercuit? Vide referentem hanc Polybium, eodem loco, in ſequentibus mox verbis. Titus Quintius Flamininus de eo apud Livium, lib. XXXV. *Cum tyranno inſtituere amicitiam: & eo tyranno, quam qui unquam fuit, ſæviſſimo, & violentiſſimo, in ſuos.* Itaque non immeritò dicitur à Plutarcho, in Præceptis reip. adminiſtrandæ, Νόσημα, καὶ ἀπόστημα πόλεως. *Morbus, & vomica urbis.* Bello cum Romanis inito, à Tito Quintio Flaminino coërcetur. Vide fuſè hoc narrantem Livium, lib. XXXV. Ac ſtrictim illud, ſicut omnia, Florus dicit, lib. II. *Graſſantem ſub Nabide Lacedæmona compeſcuit.* Et ad pacem, quam petebat, confirmandam, obſidem coactus fuit filium dare. Idque breviter Aurelius Victor, ubi de hoc Quintio agit, libro de viris illuſtribus. *A Nabide quoque Lacedæmonio filium obſidem accepit.* Et hic Armenes dicebatur: poſteaque ante currum triumphantis ejus ductus fuit. Paulus Diaconus, Hiſt. Miſc. lib. IV. *Duxit ante currum nobiliſſimos obſides, Demetrium, Philippi filium, & Armenem, Nabidis.* Freculphus, Chron. Tom. I. lib. V. cap. IX. *Deinde*

*cum*

*cum Lacedæmoniis pugnavit: & , victo Nabide, duce eorum, nobiliſſimos obſides, Demetrium, Philippi filium, & Armenem, Nabidis filium, ante currum duxit.* Videndus quoque Eutropius, lib. IV. & Pæanius metaphraſtes. Malè *Armidem*, pro *Armenem*, editur apud Gotfridum Viterbienſem, in fine Chronici Partis XI. *Poſt hæc (Q. Flamininus) Lacedæmonios devicit; obſideſque nobiliſſimos ab iis accepit, Demetrium, Philippi filium, & Armidem, Navidis filium.* Reſcribe, *& Armenem*, *Nabidis F.* Ac Nabis ipſe, dolo circumventus, ab Ætolis eſt occiſus. Plutarchus, in Philopæmene. Ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις, ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς. *Moritur verò Nabis, ab Ætolis dolo occiſus.* Pauſanias, in Arcadicis. Μετὰ δὲ ταῦτα, Νάβις μὲν, εἰς εἰρημένον χρόνον σπονδὰς παρὰ Ῥωμαίων εὑρόμενος, τελευτᾷ, πρὶν ἢ οἱ τοῦ πολέμου τελευτὰς ἐξήκειν, ὑπὸ ἀνδρὸς Καλυδωνίου, κατὰ μὲν συμμαχίας πρόφασιν ἥκοντος, πολεμίου δὲ τῷ ἔργῳ, καὶ ἐπ᾽ αὐτὸ ἐσταλμένου ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν. *Poſt hæc autem, Nabis quidem, poſtquam in prædictum tempus cum Romanis pepigiſſet, moritur, ante belli finem, à viro quodam Calydonio, velut in auxilium miſſo, ſed reverâ hoſte, in id ab Ætolis miſſo, interfectus.* Nomen autem occidenti Alexamenus. Vide Livium: qui rem totam plenè refert, lib. XXXV. Nabide autem ſic occiſo, cum ſeditio orta eſſet, Philopæmen eos Achæis ſubjecit. Plutarchus, in ejus Vitâ. Ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις, ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς. τεταραγμένης δὲ τῆς Σπάρτης, ὁ Φιλοποίμην, ἁρπάσας τὸν καιρὸν, ἐπιπίπτει μετὰ δυνάμεως, καὶ, τῶν μὲν ἀκόντων, τοὺς δὲ συμπείσας, προσηγάγετο, καὶ μετεκόσμησεν, εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς τὴν πόλιν. *Nabis verò, dolo circumventus ab Ætolis, occumbit. Turbatis verò rebus Spartæ, Philopæmen, arripiens occaſionem, irruit cum validâ manu: ac, quibuſdam quidem invitis, aliis verò perſuaſis, eò adduxit univerſos, ut Achæis ſubderentur.* Pauſanias, de hoc ipſo tempore, in Arcadicis, cum occiſum ab Ætolis Nabidem commemoraſſet. Φιλοποίμην δὲ, ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐμπεσὼν τοῦτον εἰς Σπάρτην, ἠνάγκασεν εἰς τὸ Ἀχαϊκὸν Λακεδαιμονίους συντελέσαι. *Philopæmen verò, facta per id tempus in Spartam irruptione, Lacedæmonios adegit, ut ſe Achæorum concilio ſubjicerent.* Cumque poſteà iterum nova molirentur, ac propterea Diophanes, prætor Achæorum, & dux Romanorum Quintius, arma inferrent, objicit ſe Philopæmen; ac, compoſitis illis turbis, mox reducit ſub

Achæos: &, exulibus reductis, tum occiſis octoginta, aut, ut alii, trecentis ac quinquaginta, & tribus millibus helotarum venum datis, tum dejectis etiam muris, quod duriſſimum erat omnium, leges eripit, quas Lycurgus olim dederat: ac compellit pueros pariter juveneſque, tanquam aliàs nunquam moderatè acturos, patriæ ſuæ inſtituta cum Achaicis commutare. Fuſè id Plutarchus narrat, in citatâ ejus Vitâ: quam, ſi tanti eſt, videto. Breviùs autem Pauſanias, in Arcadicis, aliquoties memoratis. Λακεδαιμονίων δὲ τηνικαῦτα ἐς ἔμφυλον προηγμένων στάσιν, τριακοσίους μὲν, τῆς στάσεως μάλιστα αἰτίους, ἐξέβαλεν ἐκ Πελοποννήσου, καὶ τῶν εἱλώτων ἀπέδοτο ὅσον τρισχιλίους. τείχη δὲ περιεῖλε τῆς Σπάρτης, καὶ τοῖς ἐφήβοις προεῖπε, μὴ τὰ ἐκ τῶν νόμων τοῦ Λυκούργου μελετᾷν, ἐφήβοις δὲ τῶν Ἀχαιῶν κατὰ ταυτὰ ἀσκεῖσθαι. *Lacedæmoniis verò iterum tumultuantibus,* (de Philopæmene illi ſermo eſt,) *trecentos, qui ſeditionis maximè auctores erant, ejecit Peloponneſo, & ſervorum tria circiter millia vendidit. quin & Spartæ muros dejecit, & ephebis denuntiavit, ut Lycurgi legibus ne uterentur, verum eadem inſtituta, quæ ephebi Achæorum, ſectarentur.* Ubi vides, variare item paulum; & trecentos, non occiſos, ſed ejectos Peloponneſo, memorare. Ac poſtrema, iterum refert in Achaicis. Τότε οὖν τείχη τῆς Σπάρτης οἱ Ἀχαιοὶ καθεῖλον, καὶ τὰ ἐς μελέτην τοῖς ἐφήβοις ἐκ τῶν Λυκούργου νόμων καταλύσαντες, ἐπέταξαν τοῖς Ἀχαιῶν ἐφήβοις τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν. *Muros itaque Spartæ Achæi ſuſtulerunt, & Spartanorum liberis interdictâ diſciplinâ, quam legibus Lycurgus ſanxerat, iiſdem cum Achæorum juventute ſtudiis teneri juſſerunt.* Exponunt pluribus legati eorum, Areus, & Alcibiades, apud Polybium, in excerptis Legationum, cap. XLII. Ac prolixè quoque Livius, lib. XXXVIII. Et ex eo ſanè tempore ſub Achajâ manſit Sparta, & Laconica univerſa: etiam cum Romanorum poſteà imperio ſubjiceretur. Inde eſt, quod Apulejus. ævi ſequioris auctor, Lacedæmonem, ſive Spartam, civitatem Achajæ dicat, Mileſ. lib. VI. *Lacedæmon, Achajæ nobilis civitas, non longè ſita eſt.* Ubi fruſtra torquent ſeſe viri docti.

# CAPUT XXI.

*Veterem diſciplinam, & inſtituta Romani reſtituerunt; cum id peterent per legatos, Areum, & Alcibiadem: tum & quando illud factum. In amicitiâ Romanorum, diu admodum floruerunt, in tutelâ gentis Claudiæ. Turbæ ibi datæ, à Chærone, & Eurycle: tum quo modo hæ repreſſæ. Leonis Chamareti tyrannis. Habita autem Laconica fuit inter provincias prætorias: poſteà verò, inter conſulares relata. Auguſtus, iis inſulam Cythera reddidit; & honore item menſæ eſt dignatus: inſuper donavit urbes, Cardamylen, atque Pharas; & Meſſeniis ademit, qui tenebant. Cum prætorias provincias partiretur, eos in ſeptimâ collocavit:*

POſt hæc autem, Laconica ſub Romanis fuit: qui avita inſtituta, atque leges, qúas ademerant, uti dixi, Philopæmen redactâ in poteſtatem Achajâ, reddiderunt. Pauſanias, in Arcadicis. Καὶ τοῖς μὲν (Λακεδαιμονίοις) ἀποδώσειν ἔμελλον Ῥωμαῖοι παιδείαν τὴν ἐπιχώριον. *Sed futurum erat, ut Romani patriam illis (Lacedæmoniis) reſtituerent diſciplinam.* Plutarchus, in Philopœmene, de re eâdem. χρόνῳ δ' ὕστερον, αἰτησάμενοι παρὰ Ῥωμαίων, τὴν μὲν Ἀχαϊκὴν ἔφυγον πολιτείαν, ἀνέλαβον δὲ, καὶ κατεστήσαντο, τὴν πάτριον. *Poſteà verò, cum id ipſi petiiſſent; inſtituta Achæorum evaſerunt, atque ſua receperunt, & conſtituerunt.* Et obſerva, petiiſſe à Romanis: nempe per legatos ſuos, Areum, & Alcibiadem; ut videre eſt apud Polybium, in Excerptis Legationum, cap. XLII: item Livium, lib. XXXIX. Reſtituerunt verò Romani, poſt Macedonas debellatos, & devictum regem Perſeum, cum jam etiam Achæos ſuâ in poteſtate haberent. Indicat Strabo. lib. VIII. Καταλυθέντων

ἰων δὲ τούτων (τῶν Μακεδόνων βασιλέων) ὑπὸ Ῥωμαίων, μικρὰ μέν τινα προσέκρουσαν (οἱ Λακεδαιμόνιοι) τοῖς πεμπομένοις ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγοῖς, τυραννούμενοι τότε, καὶ πολιτευόμενοι μοχθηρῶς. ἀναλαβόντες δὲ σφᾶς, ἐτιμήθησαν διαφερόντως, καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. *Hos verò (Macedonum reges) cum Romani ſubegiſſent, offenderunt quidem (Lacedæmonii) in parvis quibuſdam rebus miſſos à Romanis præfectos, quippe qui in tyrannorum poteſtate, miſeroque reip. ſuæ ſtatu, verſarentur. verum, ut remp. recuperarunt, ſummo in honore habiti ſunt, liberique permanſerunt, præter amicorum operas nil pendentes.* Ex eo tempore, in Romanorum amicitiâ diu admodum floruerunt, & id quidem in tutelâ gentis Claudiæ. Obſervare eſt apud Suetonium, in Tiberio, cap. VI. *Per Siciliam quoque, & Achajam, circumductus; ac Lacedæmoniis publicè, quod in tutelâ Claudiorum eſſent, demandatus.* Sub Romanis, Chæron quidam ſe commovit, & remp. invaſit: ſed, potentiâ aliquamdiu nimis immoderatè uſus, mox in ordinem redigitur à prætore, qui provinciæ Achajæ, quæ Laconicam etiam complectebatur, à Romanis præfectus erat. Suidas pluribus id tradit, in Χαίρων. Poſt hunc, aliquo intervallo, & ſub Cæſare Auguſto, etiam Eurycles turbas dedit: quæ, cum is defunctus eſſet, mox ceſſârunt. Strabo docet, ubi res Laconicas narrat, lib. VIII. Νεωστὶ δ' αὐτοὺς (τοὺς Λακεδαιμονίους) Εὐρυκλῆς ἐτάραξε, δόξας ἀποχρήσασθαι τῇ Καίσαρος φιλίᾳ, πέρα τοῦ μετρίου, πρὸς τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν. ἐπαύσατο δὲ ἡ ἀρχὴ, ἐκείνου μὲν παραχωρήσαντος εἰς τὸ χρεὼν, τοῦ δ' υἱοῦ τὴν φιλίαν ἀπεστραμμένου τὴν τοιαύτην πᾶσαν. *Nuper verò Eurycles turbarum aliquid excitavit, cum in iis (Lacedæmoniis) gubernandis videretur ſupra modum amicitiâ Cæſaris abuti, ſed is tumultus ocyus mox ſedatus fuit, cum is vitâ functus eſſet, filiusque omnem talem amicitiam averſaretur,* Et hic quidem qualis fuerit, à Joſepho memoratur, Antiquit. Jud. lib. XVI. cap. XVI. Εὐρυκλῆς ἀπὸ Λακεδαίμονος, οὐκ ἄσημος τῶν ἐκεῖ, κακὸς δὲ τὴν ψυχὴν ἄνθρωπος, καὶ περὶ τρυφὴν, καὶ κολακείαν, δεινὸς ἑκατέρων αὐτῶν ἔχειν τε καὶ μὴ δοκεῖν, ἐπιδημήσας ὡς τὸν Ἡρώδην, δῶρά τε δίδωσιν αὐτῷ, καὶ πλείω παρ' ἐκείνου λαβὼν, ταῖς εὐκαιρίαις τῶν ἐντεύξεων ἐπραγματεύσατο φίλος ἐν τοῖς μάλιστα γενέσθαι βασιλέως. *Eurycles Lacedæmonius, vir domi non ignobilis, ſed ingenio homo peſſimo, delitiis perdi-*

*perditus, & adulatione, ſed utrumque egregiè diſſimulans, cum Herode agens, datis muneribus, [& majoribus acceptis, captatis colloquendi commodis occaſionibus, ut ſe quæque offerebant, id omninò operam dabat, ut quam maximè fieret amicus regis.* Eum, ceu Laconiæ principem; inſulæque Cytherorum dominum ætate ſuâ, narrat Strabo alibi, eodem libro. Πρόκειται δὲ καὶ τούτου Κύθηρα, ἐν τεσσαράκοντα σταδίοις, νῆσος εὐλίμενος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον ἣν ἔσχεν Εὐρυκλῆς ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας, ὁ καθ᾽ ἡμᾶς τῶν Λακεδαιμονίων ἡγεμών. *Ante hoc Cythera ſita eſt, intervallo quadraginta ſtadiorum, inſula bonum habens portum, & ejuſdem nominis urbem: quam ut ſibi propriam poſſedit Eurycles, noſtrâ ætate Lacedæmoniorum princeps.* Et ejectus Spartâ fuit, ac Laconicâ univerſâ, ob malitiam. Joſephus paulo poſt ſubjungit, loco citato. Εὐρυκλῆς μὲν οὖν, οὐδὲ ἐν τῇ Λακεδαίμονι, παυσάμενος εἶναι μοχθηρὸς, ἐπὶ πολλοῖς ἀδικήμασιν ἀπεστερήθη τῆς πατρίδος. *Eurycles itaque, neque Lacedæmone malus eſſe deſinens, ob injuſtè facta multa patriâ ejectus fuit.* Idem de eodem dicit, & his turbis, quæ Straboni referuntur, cauſam tribuit. De bello Judaico, lib. I. cap. XVII. Δὶς γοῦν ἐπὶ Καίσαρος κατηγορηθεὶς, (ὁ Εὐρυκλῆς,) ἐπὶ τῷ στάσεως ἐμπλῆσαι τὴν Ἀχαΐαν, καὶ περιδύειν τὰς πόλεις, φυγαδεύεται. *Bis itaque apud Cæſarem accuſatus, (Eurycles,) quod ſeditione Achajam impleviſſet, & civitates ſpoliaret, in exilium relegatur.* Ac videre plura licet de eodem, illo ipſo item capite. Balduino verò Flandro imperante, tyrannidem ibi Leo Chamaretus exercebat. Nicetas Choniates, lib. De Balduini Flandri imperio. Ὁ δὲ Χαμάρετος Λέων, τῆς κοίλης κρατῶν Λακεδαίμονος, τύραννος ἦν τῶν Λακώνων. *Leo verò Chamaretus, qui concavam Lacedæmonem tenebat, tyrannus Laconum erat.* Fuit autem Laconica inter provincias prætorias, ad quas prætor gubernandas mittebatur. Obſervare eſt in iſtis Suidæ verbis, in Χαίρων. Τοῦ δὲ πλήθους ἀγανακτήσαντος ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, ὁ στρατηγὸς, παραγενόμενος εἰς Λακεδαίμονα, τὸν Χαίρωνα παρήγαγεν εἰς κρίσιν ὑπὲρ τοῦ φόνου τοῦ καὶ τῶν Ἀπολλωνίδην. *Quæ cum facta populus indignè ferret, prætor, Lacedæmonem accedens, Chæronem in judicium adduxit, propter cædem Apollonidis.* Et Auguſtus, cum imperium ordinaret, ac provincias prætorias decem omninò conſtitueret, Laconicam, ſub Achajâ comprehenſam, ſeptimo loco eſſe voluit: ut videre eſt apud Strabonem, extremo libro XVII. Poſteà

tamen idem Auguſtus conſularem eam fecit, ſicut Græciam univerſam: ut videre eſt apud Dionem Caſſium, lib. LIII. Itaque proconſul illuc pro prætore mitti cæpit: & proconſul Achajæ legitur Gallio apud D. Lucam, Act. Apoſt. cap. XVIII. Γαλλίωνος δ' ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέστησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ. *Quum autem Achajæ proconſul eſſet Gallio, uno animo Judæi in Paulum inſurrexerunt.* Et Firmicus, Aſtronom. lib. II. cap. XXXII. *Deinde in Achajæ proconſulatum, poſt verò ad ſimilem Aſiæ proconſulatum eſt evectus.* Inſcriptio Vetus.

CONSULARI. LUSITANIÆ.
PROCONSULI. ACHAJÆ.

Laconicam autem ſub Achajâ comprehenſam, ſatis conſtat etiam ex minore Plinio: ubi ad proconſulem Achajæ, Maximum, ita ſcribit, lib. VIII. epiſt. XXIV. *Cogita te miſſum in provinciam Achajam. Habe ante oculos, Athenas eſſe, quas adeas: Lacedæmonem eſſe, quam regas.* Idem Auguſtus, inſulam Cythera reddidit Lacedæmoniis, & honore eos menſæ eſt dignatus. Dion Caſſius, lib. LIV. Καὶ Λακεδαιμονίους μὲν τοῖς τε Κυθήροις, καὶ τῇ συσιτίᾳ, ἐτίμησεν. *Et Lacedæmonios quidem Cytheris, ac convictu ſuo, honoravit:* Cauſam ſubjungit. Ὅτι ἡ Λιουΐα, ὅτε ἐκ τῆς Ἰταλίας σὺν τῷ ἀνδρὶ, καὶ τῷ υἱεῖ, ἔφυγεν, ἐκεῖ διέτριψεν. *Quia Livia, cum marito, filioque ex Italiâ fugiens, ibi commorata fuiſſet.* Et honorem illis habitum, ſed ſimpliciter, nec quid ſpeciatim addens, memorat item Xiphilinus, de eodem hoc Auguſto verba faciens. Περαιωθεὶς δὲ εἰς Ἑλλάδα, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ἐτίμησε, διὰ τὸ φεύγουσάν ποτε μετὰ τοῦ Νέρωνος τοῦ ἀνδρὸς τὴν Λιβίαν ἐκεῖ διατρίψαι. *Cum verò in Græciam trajeciſſet, Lacedæmonios quidem honoravit, quod Livia olim, cum Nerone viro fugiens, ibi commorata fuiſſet.*

CA-

# CAPUT XXII.

*Urbes etiam Auguſtus aliquot, ſubjectas Spartæ ad id tempus, liberas fecit: quique eas incolebant,* Ἐλευθερολάκωνες *dicti. Tiberius prætoriam ex conſulari, moxque iterum conſularem Claudius Achajam facit, & Laconicam cum eâ. Libertatem Lacedæmoniis minuit Domitianus. Sub Trajano, nomen tantum libertatis retinebant. Conſtantinus Magnus, cum Imperium partiretnr, præfecto prætorii ſecundo ſubjecit. Julianus urbes quaſdam illic inſtauraſſe videtur. Sub Arcadio, & Honorio, miſerè vaſtati ab Alaricho Lacedæmonii. Chriſtiani per quos facti: ac, cum eſſent, juriſdictio eccleſiaſtica, penes metropolitanum veterum Patrarum erat; civilis, ad Achajæ principem pertinebat. Hinc, donata Conſtantinopolitano Imperatori, Deſpotæ regenda Sparta demandatur: qui cum vendere equitibus Rhodienſibus conaretur, turbis ortis, impeditur. Inde, in Turcarum venit poteſtatem.*

INſuper & urbes quaſdam Auguſtus, anteà ſubjectas Spartæ, liberas fecit: quique eas incolebant, Ἐλευθερολάκωνες dicti, velut *Liberi Lacones.* Pauſanias, ubi de urbe Gythéo, in Laconicis. Ἔστιν ἤδη τῶν Ἐλευθερολακώνων· οὓς βασιλεὺς Αὔγουστος δουλείας ἀφῆκε Λακεδαιμονίων, τῶν ἐν Σπάρτῃ κατηκόους ὄντας. *Eſt nunc inter Eleutherolaconas; quos Auguſtus Imperator, cum Spartanis anteà ſubjecti eſſent, ſervitute liberavit.* Erant autem eæ urbes numero viginti quatuor: quarum octodecim duntaxat Pauſaniæ tempore, qui ſub Adriano vixit, reliquæ erant. Vide eundem, de iiſdem, in ſequentibus ſta-

tim verbis. Ac prætereà idem Auguſtus, uti Spartæ urbes, quas jam dixi, ademit: ita Cardamylen dedit, & Meſſeniis eripuit. Pauſanias idem, ſub Laconicorum finem. Καρδαμύλη δὲ, Λακεδαιμονίων ἐστὶν ὑπήκοος, τῶν ἐν Σπάρτῃ, βασιλέως Αὐγούστου τῆς Μεσσηνίας ἀποτεμομένου. *Cardamyle vero, Lacedæmoniis, qui Spartam habitant, eſt ſubjecta, ab Auguſto Imp. à Meſſeniâ avulſa.* Neque Cardamylen tantum, ſed & Pharas. Idem rurſus, in Meſſenicis. Βασιλεὺς δὲ Αὔγουστος τοὺς ἐν Φαραῖς Μεσσηνίους συντελεῖν ἐπέταξεν εἰς τὸ Λακωνικόν. *Imperator verò Auguſtus Meſſenios, qui Pharas habitant, Laconibus adjunxit.* Ut autem conſularem Auguſtus Laconicam fecerat, ſic Tiberius iterum prætoriam fecit, pariter ac Macedoniam: & ſic manſit uſque ad Claudium, qui mox populo reſtituit, denuoque conſularem eſſe juſſit. Hoc eſt, quod Suetonius dicit, in Vitâ Claudii, cap. XXV. *Provincias, Achajam, & Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam tranſtulerat, ſenatui reddidit.* Multo explicatius id Dion Caſſius, lib. LX. Τήν τε Ἀχαΐαν, καὶ τὴν Μακεδονίαν, αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε, διδομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κλήρῳ· καὶ τοὺς στρατηγοὺς, τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, καταλύσας, ταμίαις αὐτὰς, κατὰ τὸ ἀρχαῖον, ἐπέτρεψεν· οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς (ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον, καὶ ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα, ἐγίγνετο,) ἄρχειν, ἀλλ᾽ οἱ δύο οἱ αὐτοὶ τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διῴκουν. *Achajam, & Macedoniam, quæ jam inde à Tiberii principatu à præfectis electis adminiſtratæ, Claudius tunc ſorti reddidit. ac prætoribus, qui præfuerant, abrogatis, eas quæſtoribus, juxta vetus inſtitutum, demandavit: non quidem ut annui illi eſſent, ſicut priùs pariter ipſi, ac prætores poſteà, fuerant, verum ut iidem duo triennium integrum præeſſent.* Sanè, Tiberium iterum prætoriam feciſſe eam, ſicut item Macedoniam, dicit idem, lib. LVIII. in rebus anni ab Urbe conditâ DCCLXXXVIII. Libertàtem tenuere adhuc ſub Veſpaſiano: itaque dicit Plinius major, qui Opus ei ſuum inſcripſit, lib. IV. cap. V. *Dehinc à Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis.* Mox vidètur minuiſſe Domitianus: quam ob cauſam ſub Trajano nomen potius libertatis, quam antiquam libertatem, habuiſſe, dicit Plinius junior, qui illius tempore, ut notum, vixit, lib. VIII. epiſt. XXIV. *Habe ante ante oculos, Athenas eſſe, quas adeas; Lacedæmonem eſſe quam regas: quibus reliquam umbram, & reſiduum libertatis*

*nomen,*

*nomen, eripere, durum, ferum, barbarumque eſt.* Itaque Lycurgi leges poſt id tempus deſierunt: & huc pertinent hæc Theodoreti verba, ubi de iiſdem agit Therapeut. lib. IX. Ἅμα τε γὰρ προσέταξαν οἱ Ῥωμαῖοι τούτους ἀργεῖν, καὶ τοὺς σφετέρους κρατεῖν. καὶ διελύθη τῆς Λυκούργου τὸ ἄμαχον κράτος. *Simul & Romani & has juſſerunt ceſſare, & ſuas accipi: itaque vis illa legum Lycurgicarum inexpugnabilis diſſoluta eſt.* Et quæ plura illic refert; quibus teſtatur, tum ſublatas Lacedæmoniorum leges. Conſtantinus autem Magnus, cum prætorii præfectos quatuor conſtituiſſet, Laconicam ſecundo, nomine Græciæ comprehenſam, ſine dubio, ſubjecit. Quâ de re videndus Zoſimus, lib. II. Videtur quaſdam illic urbes inſtauraſſe Julianus Imperator: colligique ex Mamertini Panegyrico illud poteſt, iſtis verbis. *Univerſas urbes, ope Imperatoris refotas, enumerare, longum eſt. Scire ſatis eſt, cunctas Macedoniæ, Illyrici, Peloponneſi, civitates unis, aut binis, epiſtolis maximi Imperatoris, repentinam induiſſe, novatis mænibus, juventutem.* Sub Arcadio, & Honorio, miſerè vexata fuit; incurſante Græciam tunc, & vaſtante, Alaricho, Gothorum rege. Tradit nobis idem Zoſimus, in iſtorum Cæſarum rebus, lib. V. Εὐθέως οὖν ἡ Κόρινθος πρώτη κατακράτος ἡλίσκετο, καὶ τὰ πρόσοικα ταύτῃ πολίχνια· καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὸ Ἄργος, καὶ ὅσα ἦν αὐτῆς τε καὶ Λακεδαίμονος ἐν μέσῳ χωρία. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῆς ἑλλάδος ἁλώσει, μήτε ὅπλοις ἔτι, μήτε ἀνδράσι μαχίμοις, τετειχισμένη, διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πλεονεξίαν, ἀλλ' ἄρχουσιν ἐκδεδομένη προδόταις, καὶ τῇ τῶν κρατούντων ἡδονῇ προθύμως ὑπηρετουμένοις εἰς ἅπαντα, τὰ πρὸς κοινὸν ὄλεθρον φέροντα. *Confeſtim ergo prima Corinthus, cum finitimis oppidis, vi capitur: & ſecundum hanc Argos, unà cum iis locis, quæ inter hanc, & Lacedæmonem, interjacent. Ipſa quoque in ſocietarem captæ Græciæ Sparta venit; nec armis amplius, nec idoneis ad pugnam viris, muri inſtar communita, ob Romanorum avaritiam ſed iis expoſita magiſtratibus, qui & proditores eſſent, & illorum libidini, qui rerum potirentur, percupidò in omnibus, ad perniciem publicam ſpectantibus, inſervirent.* Atque de hoc ipſo ſtatu capiendus Claudianus, in Rufinum, lib. II.

*Prodita non tantas vidiſſet Græcia clades:*
*Oppida ſemoto Pelopëia Marte vigerent:*
*Starent Arcadiæ, ſtarent Lacedæmonis arces:*
*Non mare flagraſſet medium, fumante Corintho.*

Et in Panegyrico, De IV Conſulatu Honorii.

*Excutiat cineres Ephyre, Spartanus, & Arcas,*
*Tutior exangues pedibus proculcet acervos,*
*Feſſaque penſatis reſpiret Græcia pœnis.*

Et Hieronymus, ad Heliodorum, Epiſt. III. *Quid putes nunc animi habere Corinthios, Athenienſes, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant Barbari.* Tenuerunt verò illam Imperatores Conſtantinopolitani, uſque ad Balduinum Flandrum: qui Conſtantinopolin cum expugnaſſet, uti Græciam reliquam cepit, ſic Laconicam. Nicetas Choniates, lib. De Imperio Balduini Flandri. Μεθίσαται πρὸς Ἄργος, περιπαπταίνει τοὺς Λάκωνας, ἐς Ἀχαίαν ἔνθεν προσβάλλει. *Tranſit Argos, Laconicam pervagatur, inde Achajam invadit.* Sed, dejectis mox Latinis, denuo rediit in Græcorum poteſtatem, donec tandem Turcæ eam occupârunt. Fidem in Chriſtum ſunt amplexi, prædicante illic verbum S. Paulo: ut videre eſt in Apoſtolorum Actis, capp. XVIII. & XIX. De S. Luca, eſt videre apud Chryſoſtomum, Orat. XXV. De S. Andrea, eſt apud Abdiam, ut inſcribitur, Hiſt. Apoſt. lib. III. & Nicephorum Calliſtum, lib. II. cap. XXXIX. Ac, cum Chriſtiani eſſent, in eccleſiaſticis, ſubjecti erant metropolitano Patrenſi. Leo Philoſophus Imp. in Novellâ quâdam ſuâ. Τῷ πατρῶν, (μητροπολίτῃ,) Πελοποννήσου, (ὑπόκειται) ὁ Λακεδαιμόνιος. *Patrarum (metropolitano) Peloponneſi, (ſubjacet) metropolitanus Lacedæmonius.* Et Balſamon, in Syn. Chalced. Can. XII. Ἡ μητρόπολις Λακεδαιμονίας, ἐπισκοπὴ ἦν τῆς μητροπόλεως τῶν παλαιῶν Πατρῶν. *Metropolis Lacedæmoniæ, epiſcopatus erat metropoleos veterum Patrarum.* Quod civilem verò jurisdictionem attinebat, erant ſub Achajæ principe: uti obſervare licet apud Phrantzen, lib. I. cap. IV. *Achajæ princeps, redimendæ*

*dimendæ libertati, Romanorum Imperatori donavit urbes munitiſſimas tres, Monembaſiam, Leuctrum, ſive Mainam, quæ antiquitus Tænarum, à Tænaro vicino promontorio, dicebatur, & Spartam, Laconiæ caput.* Idem tradit etiam Nicephorus Gregoras, lib. IV. Ecce verò, Achajæ princeps Romanorum Imperatori, id eſt, Conſtantinopolitano, dono dedit etiam Spartam: iſque Deſpotam deinde hîc conſtituit; uti ſuo eam nomine, cum Laconicâ univerſâ, ut videtur, gubernaret. qui, obſeſſâ poſteà Conſtantinopoli à Turcarum Imperatore Bajazeto, deſperatâ rerum ſummâ, Rhodienſibus, S. Joanni Baptiſtæ ſacris, venum dedit. Idem Phrantzes, libro citato, cap. XX. *Theodorus Deſpota, cum rem Romanam tantis fluctibus agitatam, & urbem Imperatoriam tam diu obſeſſam, tamque dirâ fame oppreſſam, periculoſum inſuper in Peloponneſo bellum, & Chriſtianorum principum ſuccurrere neminem velle cernens, omni ſpe abjectâ, unâ triremi Rhodum navigans, Spartæ principatum ſocietati Joannis Baptiſtæ, & prophetæ, vendidit.* Quamquam certa hæc venditio, incolis propterea tumultuantibus, atque arma opponentibus, non ſucceſſit; uti fuſè in ſequentibus illic verbis memoratur, ſicut etiam à Laonico Chalcocondyla, De res. Turc. lib. II. Deſpotæ verò Spartani, meminit etiam Auctor anonymus Hiſt. Conſtantinop. linguâ Græcobarbarâ ſcriptæ, apud Cruſium, Turcogr. lib. I. Αὐτὸς δὲ, ἄρας τὸν Ἀσὰν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, ἐπορεύθη, ὅπου ἦν ὁ Δεσπότης ἐν τῷ μυζηθρᾷ τῇ Λακεδαιμονίᾳ. *Ipſe verò, aſſumpto Aſane, & cjus militibus, profectus eſt in regionem Lacedæmoniam, ubi Deſpota agebat.* Poſteà ſubjecit ſibi totam eam regionem, uti reliquam item Græciam, Turcarum Imperator. Amurathes II, per præfectum Turachanem: ut videre eſt apud Laonicum Chalcocondylam, in principio libri VI. Mox, ſub filio Mahomete Thomas Palæologus recuperavit: verum neque diu tenuit, & recepit Mahometes; uti auctor nobis idem eſt Laonicus, lib. IX. Poſteà ad Venetos cum deſciviſſent, brevi interjecto tempore, ſub ejuſdem poteſtatem ſunt redacti. Vide Laonicum eundem, lib. X.

CA-

# CAPUT XXIII.

*Reges duorum calculorum, in ſuffragiis ferendis, jus habebant; aut, ut rectius dicamus, unicum habebant tantùm, qui duorum inſtar eſſet. Partem quoque è prædâ bellicâ tertiam accipiebant. Duo illis in conviviis additi contubernales,* Ποίθιοι *ſive* Πύθιοι *dicti, idque unde. Suidæ lectio mendoſa indicata, & correcta. Cuſtodes corporis additi in bello, equites pariter peditesque, juvenes ſelecti. Cum è vitâ exceſſiſſent, fæminæ, per urbem totam circumeuntes, lebetes pulſabant. In ædibus propriis, non in publicis, habitabant. & in rem eam Menelai, Euryſthenis, Polydori, & Ageſilai, ædes indicatæ. Xenophontis locus illuſtratus. Minimè verò illuſtres erant, aut magnificæ, ut conveniebat regibus. Themiſtius, & Julianus, illuſtrati.*

POſtquam reges, & eorum ſucceſſores qualeſcunque, ac Laconici regni ſtatum univerſum, ad poſtrema uſque tempora jam deduxi, reliquum eſt, ut quædam ipſis propria dicam. Multa accuratè Cragius, uti cætera: ego pauca, ſeu indicta, ſeu Auctorum aliorum teſtimoniis confirmata, hîc adjungam. Itaque reges, inter alia eximia, id habebant, ut, ferendis in ſuffragiis, duos calculos haberent. Herodotus, ubi de honore, ipſis habito, verba facit, lib. VI. Καὶ παρίζειν βουλεύουσι τοῖς γέρουσιν, ἐοῦσι δυῶν δέουσι τριήκοντα. Ἢν δὲ μὴ ἔλθωσι, τοὺς μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας, ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων γέρεα, δύο ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ τὴν ἑωϋτῶν. *Liceat quoque aſſidere conſultantibus ſenatoribus, qui ſunt octo & viginti. aut, ſi non eant, eorum maximè propinqui è ſenatoribus jus habeant duos calculos ponendi; tertium verò, pro ſeipſis.*

Lu-

Lucianus, in Harmonide. Οἱ μὲν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάςου μίαν ψῆφον φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν δύο ἔφερον. *Lacedæmoniorum reges, cum alii omnes unum tantum calculum ferant, illi ſoli quiſque eorum duos ferebant.* Sed refutat id Thucydides, lib. I. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα, ἔτι καὶ νῦν ὄντα, καὶ οὐ χρόνῳ ἀμνηςούμενα, καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται· ὥσπερ τοὺς τε Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυεῖν. *Multa verò etiam alia, quæ etiamnum ſunt, nec memoriâ tractu temporis exciderunt, minus rectè cæteri Græci opinantur: ſicut iſtud, quod Lacedæmoniorum reges non uno calculo ſententiam ferant, ſed duobus.* Atque ſic ſe rex habebat. quippe uno tantùm calculò utebantur, ſed qui pro duobus eſſet. Ita, ad eundem locum, Scholiaſtes. Οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ψήφους ἔφερον ἐν τῇ γερουσίᾳ ἕκαςος ἕνα, διττὴν ἔχοντα δύναμιν. *Lacedæmoniorum reges in ſenatu unum uterque calculum ferebant, ſed qui duos valeret.* Illud porrò etiam honori eorum datum fuit, uti prædæ, bello partæ, partem tertiam haberent. Polybius, de Cleomene rege, lib. II. Ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς μεγάλης πόλεως λαφύρων, ἑξακισχίλια τάλαντα (φησί) τοῖς Λακεδαιμονίοις πεσεῖν· ὧν τὰ δισχίλια Κλεομένει δοθῆναι, κατὰ τοὺς ἐθισμούς. *Ex prædâ urbis Megalopoleos, talentorum ſex millia (ait) ad Lacedæmonios rediiſſe: quorum duo millia, ex veteri conſuetudine, Cleomeni ceſſerint.* Additi contubernales illis quatuor, bini ſingulis, qui appellabantur Ποίθιοι. Suidas. Ποίθιοι, τέσσαρες ἄνδρες αἱρετοὶ παρὰ Λάκωσι, δύο καθ' ἕκαςον βασιλέα, σύσσιτοι. *Pœthy, quatuor viri delecti apud Lacedæmonios, bini ſingulis regibus attributi, conviva.* Verùm incidit in mendoſum ſine dubio codicem Suidas: quippe rectum nomen, Πύθιοι. Xenophon, De rep. Lacedæmoniorum, extremo libro. Ἔδωκε δ' αὖ καὶ συσκήνους δύο ἑκατέρῳ (τῶν βασιλέων) προσελέσθαι, οἳ δὴ καὶ Πύθιοι καλοῦνται. *Præterea dedit utrique (regum) poteſtatem binos contubernales legendi, qui Pythii dicuntur.* Quare autem ita dicti, ex Herodoto eſt diſcere: quod nimirum, cum oraculum Apollinis Pythii conſulendum foret, eò illi mitterentur. Ecce verba, lib. VI. Καὶ τούτοισι (τοῖς βασιλεῦσι) προσκεῖσθαι καὶ Πυθίους αἱρέεσθαι, δύο ἑκάτερον· οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι ἐς Δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια. *Et his (regibus) licere, uti duos habeant Pythios, binos*

 *ſinguli.*

*ſinguli. Sunt autem Pythii, qui Delphos, ad conſulenda oracula mittuntur, & publicè cum regibus cibum accipiunt.* Et obſerva, ipſos reges illos delegiſſe; ac cum iis unà cibum, in conviviis quidem publicis, accepiſſe. Atque inde regum Σύσσιτοι, ſeu *Convivæ*, apud Suidam; uti Σύσκηνοι, veluti *Contubernales*, apud Xenophontem dicuntur. In militiâ, additi cuſtodes corporis, equites pariter peditesque, è ſelectâ juventute. Dionyſius Halicarnaſſ. Rom. Antiqu. lib. II. Παρ' ἐκείνοις (τοῖς Λακεδαιμονίοις) οἱ γενναιότατοι τῶν νέων φύλακες ἦσαν τῶν βασιλέων· οἷς ἐχρῶντο κατὰ τοὺς πολέμους παρασπισταῖς, ἱππεῦσί τε οὖσι καὶ πεζοῖς. *Apud illos (Lacedæmonios) generoſiſſimi quique juvenum erant regum cuſtodes: quibus utebantur protectoribus in bellis, equitibus juxta & peditibus exiſtentibus.* Hi ipſi ſunt, quos συνασπίζοντας, *propugnantes*, circâ regem Cleombrotum, in pugnâ Leuctricâ, commemorat Diodorus Siculus, lib. XV. Ἕως μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Κλεόμβροτος ἔζη, πολλοὺς ἔχων τοὺς συνασπίζοντας, καὶ προθύμους πρὸ αὐτοῦ ἀποθνήσκοντας, ἄδηλος ἦν ἡ ῥοπὴ τῆς νίκης. *Quam diu ergo Lacedæmoniorum Cleombrotus ſuperſtes fuit, multos habens propugnantes, ac pro ipſo prompto animo occumbentes, incertum erat, quo victoria inclinaret.* Poſtquam autem vitâ exceſſiſſent, inter alia, quæ Herodotus facta refert, fæminæ, circumeuntes totam urbem, lebetes pulſabant. Verba ejus, libro citato, ita habent. Κατὰ δὲ τὴν πόλιν περιϊοῦσαι, λέβητας κροτέουσι. *Per urbem verò fœminæ circumeuntes, lebetes pulſant.* Hoc ipſum eſt, quod dicit Theocriti Scholiaſtes, Idyll. II. Καὶ παρὰ Λάκωσι, βασιλέως θανόντος, εἰώθασι κρούειν λέβητας. *Apud Lacedæmonios, defunctis regibus, lebetes pulſare ſolent.* Sed, priuſquam finem imponam, de ipſorum quoque ædibus aliquid hîc dicendundum puto: quia Cragium falli video, ubi de regibus illi ſermo, lib. II. cap. II. Ait, domos regias fuiſſe Spartæ publicas quaſdam, ubi ſemper habitarent, qui ad id honoris faſtigium evecti eſſent. Ego contrà edocebo, errare virum eruditum; ac privatim ſibi unumquemque habuiſſe. Ita domus Menelai, extra Dromum à Pauſania memoratur, quæ privati ſuâ ætate hominis fuerit. Verba iſta, in Laconicis. Τοῦ Δρόμου δὲ ἐκτὸς, κατὰ τοῦ Ἡρακλέους τὸ ἄγαλμα, ἔστιν οἰκία, τὰ ἐφ' ἡμῶν ἰδιώτου, Μενελάου τὸ ἀρχαῖον. *Extra Dromum, juxta Herculis ſimulacrum, domus eſt, noſtro tempore hominis privati,*

*vati; olim autem Menelai.* Euryſtheni quoque domus ſua, quam Ageſilaus pòſt inhabitavit. Cornelius Nepos, in Ageſilai Vitâ. *Domo eâdem fuit contentus, quâ Euryſthenes, progenitor majorum ſuorum, fuerat uſus.* Et Euryſthenes has poſſedit veluti hæreditarias, quippe ab Ariſtodemo patre ſtructas. Indicat Plutarchus illud, in Ageſilai Vitâ, ubi de illius domo verba facit. Οὐκ οἰκίας (ἤλλαξε) κατασκευὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν, οὕτως οὔσας σφόδρα παλαιὰς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας, ἃς ἐπέθηκεν Ἀριστόδημος. *Haud (mutavit) domus fabricam, ſed reliquit etiam fores; quæ vetuſtæ adeò erant, ut hæ ipſæ viderentur, quas Ariſtodemus appoſuerat.* Et Hippocoon, cum, dejecto fratre Tyndaro, Laconicæ regnum invaſiſſet, donum Spartæ propriam inhabitavit. Pauſanias in citatis Laconicis. Ὡς ἐγίνετο κατὰ τὴν Ἱπποκόωντος οἰκίαν, ἐνταῦθά οἱ κύων ἐπεφέρετο οἰκουρός. *Cum ad ædes Hippocoontis acceſſiſſet, eum cuſtos domus canis invadebat.* Eodem modo Polydorus propriam ſibi domum habuit: quæ, poſt mortem, ab uxore bobus aliquot venum data, eâ ex re Βοώνητα nomen habuit. Pauſanias iterum. Λακεδαιμονίοις δὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἐστιν, ὡς ἤδη λέλεκταί μοι, τὰ ὀνομαζόμενα Βοώνητα, Πολυδώρου ποτὲ οἰκία τοῦ βασιλέως. ἀποθανόντος δὲ, παρὰ τῆς Πολυδώρου τῆς γυναικὸς ἐπρίαντο ἀντιδόντες βοῦς. *In hâc ipſâ viâ, ut à me jam dictum eſt, ſunt Booneta, quæ vocantur. ea fuit regis Polydori domus: quam, cum vitâ functus eſſet, ab uxore ejus emerunt, datis in pretium bobus.* Ecce, poſt defunctum virum, vendidit uxor: non factura, & nec facere licuiſſet, niſi propria fuiſſet. Menelai quoque domus, ut videmus, in citatis anteà Pauſaniæ verbis, eo mortuo, ad privatos, emptione, aut hæreditate venit. At ſententiam ſuam tuetur Cragius, iſto Xexophontis loco, De rep. Laced. περὶ τῇ οἰκίᾳ δὲ λίμνη ὕδατος ἀφθονίαν παρέχει. *Propter domum verò ſtagnum aquæ copiam ſuppeditat.* Et hinc infert, non ſic eſſe potuiſſe, niſi in iiſdem ſemper ædibus eorum habitatio fuiſſet. Verum, pace tuâ, Cragi, non hîc Xenophon publicam regum domum memorat, quæ profectò nulla fuit, ſed, quod extra urbem erat, tabernaculum, aſſignatum à Lycurgo, ad convivia illic publica peragenda. nam præmiſit: Ὅπως δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔξω σκηνοῖεν, σκηνὴν αὐτοῖς δημοσίαν ἀπέδειξε. *Ut verò reges etiam foris aliorum contubernio uti poſſent, publicum iis tabernaculum ordinavit.* Et huc referenda omninò illa verba. Nec

magnificæ certè illæ ædes erant, aut illuſtres, quales eſſe regum ſolent, verum ad Laconicam frugalitatem comparatæ: quanquam ſanè aliud Themiſtius nobis indicare velle videtur, cum ait; Orat. VII. Οὐδ' ἂν οἴκησιν μὲν οἰκοίη τοῦ Σπαρτιάτου βασιλέως ἀμείνονα, ἀμφιέννοιτο ἢ λεπτότερα τῶν ἀραχνίων. *Non ſi quidem ædes habitet Spartani regis ædibus præſtantiores, aut aranearum telis ſubtiliori veſte induatur.* Sed, aut fallor, aut, quia numero tantum ſingulari loquitur, Menelaum dicere voluit; cujus ædes, poëticâ licentiâ uſus, & ſi præter veritatem, admodum magnificas Homerus facit, Odyſſ. lib. IV.

Ὣς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα
Γείτονες, ἠδὲ ἔται, Μενελάου κυδαλίμοιο.

*Sic ſi quidem epulabantur per excelſam magnam domum*
*Vicini, & ſocii, Menelai glorioſi.*

Et mox.

Δῶμα καθ' ὑψερεφὲς Μενελάου κυδαλίμοιο.

*Domum per excelſam Menelai glorioſi.*

Ac reſpexit ſine dubio Julianus, Orat. II. Καὶ ἔχομεν σὲ ἐν τούτοις ἐπαινεῖν, οἰκίαν τε, οἶμαι, Ἀλκινόου, καὶ τὰ τοῦ Μενελάου δώματα, καταπληξάμενα καὶ τὸν τοῦ πολύφρονος Ὀδυσσέως παῖδα, καὶ τοιαῦτα ληρεῖν ἀναπαύσαντα, τοῖς σοῖς παραβαλεῖν ἀξιώσομεν. *Et habemus, cur in his te prædicemus: domumque, opinor, Alcinoi, ædeſve Menelai, quæ vel prudentis Ulyſſis filio ſtuporem incuſſerunt, atque adeò nugari perſuaſerunt, cum his conferre non dubitabimus.* Et hæc quidem de Lacedæmoniorum regibus mihi obſervata: boni conſule, Lector bone.

FINIS.

# RERUM,

### IN HOC

# DE REGIBUS

## Lacedæmoniorum Libro memorabilium,

# INDEX.

### *In quo Numerus deſignat*

### CAPITA.

*A*chajam *Tiſamenus occupat, & regnum illic novum condit, quod in Ogygo deſiit.* 6
*Acriſi uxor* Eurydice*, Lacedæmonis filia.* 2
*Acrotatus rex, ubi cæſus.* 13 *ejus fortitudo, & mors.* ibid.
Ἄδακρυς μάχη. 19
*Æthiolas, Menelai filius, inter deos.* 5
*Agaſicles rex.* 17
*Ageſilaus I rex.* 9. *quam diu regnaverit.* ibid.
*Ageſilaus* II. *rex.* 18. *quamdiu regnaverit.* ibid.
*Ageſipolis* I. *rex.* 12
*Ageſipolis* II. *rex.* 12
*Ageſipolis* III. *rex.* 14. 20
Ἀγιάδαι, *reges Spartæ, ab Agide* I. *denominati.* 9. *locus, ubi ſepulti, eodem nomine appellatus.* ibid. *quam diu regnaverint.* 10
*Agigæus dictus etiam rex Argatus.* 3
*Agis* I. *rex è familiâ primâ.* 9. *ex ſecundâ.* 18. *ejus uxor* Timæa*, ab Alcibiade vitiata.* ibid.
*Agis* II. 19
*Agis* III. 19
*Ala-*

*Alarichus Laconicam vaſtat.* 22
*Alcibiadis cum Agidis I. uxore Timæâ rem habuiſſe creditus.* 18
*Aleſiæ, locus, ubi mola à Mytele inventa fertur.* 1
*Alexamenus dolo Nabidem occidit.* 20
*Amurathes II. Spartam ſubjugat.* 22
*Amyclæ â quo conditæ, & dict.* 2
*Amyclas rex de ſuo nomine urbem condit.* 2. *ejus liberi.* ibid.
*Anaxander rex.* 11
*Anaxandrides rex, ejuſque tempore inventa Oreſtis oſſa.* 11
*Anaxidamus rex.* 17
*Arcadibus rex Eurytioni bellum intulit.* 15
*Archelaus rex, & quam diu regnaverit.* 9
*Archidamium bellum, quodnam, & unde dictum.* 17
*Archidamus I. rex.* 17
*Archidamus II. rex, ejuſque uxores, & quam diu regnaverit.* 17
*Archidamus III. ejuſque victoria illuſtriſſima.* 19. *ubi obierit.* ibid. *ei ſtatua Olympiæ poſita.* ibid. *quam diu regnaverit.* ibid.
*Archidamus IV.* 19
*Arene, Oebali filia, Aphareo nûpta, qui Arenen ab eâ urbem nominavit.* 3
*Arene urbs, unde dicta.* 3
*Aretas rex.* 14
*Areus I. rex.* 13. *ejus cum Cleonymo controverſia.* ibid. *ſtatua apud Elidem.* ibid. *epiſtola ad Oniam.* ibid.
*Areus II. rex.* 13
*Areus, non rex, Lacedæmoniorum ad Romanos legatus.* 21
*Argalus rex, etiam Agigæus dictus.* 3
*Argivæ Junonis templum, ab Eurydice conditum, Lacedæmonis filiâ.* 2
*Argivis rex Prytanis bellum infert.* 15
*Ariſto rex, ejuſque uxor formoſiſſima, ex maximè deformi virgine.* 17
*Ariſtodemus quotus ab Hercule.* 6. *ejus filii Laconicam ſorte accipiunt.* ibid. *fulmine ictus.* 8
*Armenes, Nabidis filius, Romanis obſes datus, à T. Quinctio Flaminino triumphante ante currum ducitur.* 20
*Auguſtus Spartanis inſulam Cythera reddit.* 21. *donat urbes, Pharas, atque Cardamylen.* ibid. *honore eos menſæ ſuæ dignatur.* ibid. *urbes etiam viginti & quatuor, anteà ſubjectas Spartæ, liberas facit: quarum cives hinc* Ἐλευθερολάκωνες *dicti.* 22

Bel-

## B.

BEllum Archidamium quodnam, & unde dictum. 17
Bomolochus, Lelegis filius. 1
Βοώνητα, domus Polydori regis. 10

## C.

CAlliſthenes Hiſtoriam incepit ab Heraclidarum, reditu. 6
Canovus, Menelai gubernator. 5
Cardamyle urbs, Spartanis donata ab Auguſto. 21
Caſtor rex. 5. Minervæ Aſiæ templum condit, ibid. Argis ſepultus, & Mixarchageuas appellatus. ibid.
Cepedia, filia Myletis. 1
Chærone turbat remp. Laconicam, & coërcetur. 21
Chalciacæ Minervæ templum ædificare incepit Tyndarus. 4
Charilaus rex, poſt patris mortem natus, à Lycurgo regno paterno imponitur. 16. ejus geſta, & quam diu regnaverit. ibid.
Chelidonis, Leotychidæ filia, Cleonymi uxor, Acrotatum amat, & ab eo redamatur. 13
Cinadus, Menelai gubernator. 5
Cinyrenſibus Prytanis rex bellum infert. 15
Claudia gens tutelam geſſit Lacedæmoniorum. 21
Claudius Imp. Achajam, & Macedoniam, iterum conſulares facit. 22
Cloocharea, uxor regis Lelegis. 1
Cleodice, Lacedæmonis filia. 1
Cleombrotus I. rex. 12
Cleombrotvs II. rex. 14
Cleomenes I. rex. 12. in furorem ictus ſe occîdit. ibid.
Cleomenes II. rex. 12
Cleomenes III. rex. 14. primus Lacedæmoniorum tyrannus. 20
Cleta, Europæ uxor, inter dêas relata à Lacedæmone, Gratiæ nomine. 1. ejus filiæ. ibid.
Conſtantinus Magnus Laconicam præfecto prætorii ſecundo ſubjicit. 22
Creſphontes dividit Peloponneſum cum Temeno, & Ariſtodemi filiis. 6
Cynortas Amyclæ filius. 2. rex. 3
Cythera Lacedæmoniis donata ab Auguſto. 21

## D.

DAphnæ, Amyclæ regis filia. 2. in laurum mutata. ibid.
Demaratus rex. 17. dejectus regno ob patris imprudenter dictum. 17
Derites, Argali filius. 3
Deſpota Spartæ, ab Imperatore Conſtantinop. conſtitutus. 22
Diatheus, Menelai filius. 5
Dianaſſa, Lycurgi mater, Eunomique regis uxor. 16


Dio-

*Diomeda, Lapithæ filia, mater Hyacinthi.* 2
*Dion rex.* 19
*Domitianus Lacedæmoniis libertatem imminuit.* 22
*Doryagus, qui Doryllus aliis, aut Doryſſæus, & Doryſſus, rex.* 9. *quam diu regnaverit.* ibid.
*Doryllus. Vide Doryagus.*
*Doryſſæus. Vide Doryagus.*
*Doryſſus. Vide Doryagus.*

E.

*Echemi uxor Timandra, Tyndari filia.* 4
*Echeſtratus rex, quam diu regnaverit.* 9
Ἐλευθερολάκωνες, *quinam dicti.* 22. *eorumque urbes viginti quatuor ab Auguſto Spartanis donatæ.* ibid.
*Ephori à Theopompo inſtituti.* 17
*Ephorus Cumanus unde Hiſtoriam inchoaverit.* 6
*Epiclidas, rex.* 19
*Eudamidas I. rex.* 19
*Eudamidas II. rex.* 19
*Eunomus rex, ejuſque mors.* 16
*Euphemus Neptuni ex Mecionicâ filius.* 1
*Eupolia, Archidami II. uxor.* 17
*Eurotas rex, à quo fluvius, Himerus initio dictus, Eurotas denominatus, atque illud quam ob cauſam.* 1
*Eurycles turbat remp. Laconicam & coërcetur.* 21
*Eurycrates I. rex.* 11
*Eurycrates II. rex.* 11
*Eurydamidas rex.* 19
*Eurydice, Lacedæmonis filia, Acriſio nupta.* 2
*Eurypon, ſive Eurytion, rex; à quo reges inſecuti Eurypontidæ, ſive Eurytionidæ, dicti.* 15. *cum Arcadibus bellum gerit.* ibid.
*Eurypontidæ qui.* 15
*Eurytion rex.* 15
*Eurytionidæ qui.* 15
*Euryſthenes, ſive Euryſtheus, & Patrocles, ſive Procles, dividunt Peloponneſum cum Creſphonte Temenoque.* 6. *Euryſthenes, quam diu regnaverit.* 9. *ejus domus, ab Ariſtodemo ſtructa, ab Ageſilao poſteà habitata.* ibid.

F.

*Familiæ regiæ Spartæ duæ, eæque unde oriundæ.* 6. 9

G.

*Glaucus rex Laconicæ.* 19
*Gorgo, ſive Gorgone, Cleomenis I. filia, Leonidæ uxor.* 12. *ejuſque dictum.* ibid.
*Gratiarum nomine Cleta & Phaënna dictæ, procurante Lacedæmone.* 1

Hege-

H.

*Hegeſicles rex.* 17
*Helenæ excellens forma, Tyndarique patris ob hanc metus, Ulyſſis conſilio exemptus.* 5
*Heraclidæ quando redierint, & Laconicæ regno potiti ſint. 6. & ex iis duo poſteà ſemper regnum tenuere, idque ex oraculi ſuaſu. ibid. quidnam juris in Laconicæ regnum habuerint. ibid. ab eorum reditu quinam Hiſtorici initium ſcribendi fecerint. ibid. quoties reditum tentaverint, & quanto temporis intervallo.* 7
*Hercules Tyndaro regi, ab Hippocoonte fratre dejecto, regnum reſtituit, idque quâ conditione.* 4
*Himerus, Lacædamonis filius, ſororem Cleodicen vitiat, & in Marathonem deſivit, à ſe mox denominatum.* 2
*Himerus fluvius, priùs Marathon, poſteà Eurotas dictus.* 1.2.
*Hippocoon fratrem Tyndarum regno pellit. 4. ab Hercule interficitur. ibid. ejus filii. ibid. Tyndari frater nothus.* ibid.
*Ἵππȣ μνῆμα, locus.* 5
*Hyacinthi pater variè dictus.* 2
*Hyllus, Herculis filius, in duello interficitur.* 7

I.

*Icarion, ſive Icarus, Tyndari frater, eum oppugnat cum Hippocoonte.* 4
*Julianus Imp. Peloponneſi urbes inſtaurat.* 22
*Junonis Argivæ fanum, ab Eurydice conditum.* 2

L.

*Labotas rex, ſeu Leobotes, quam diu vixerit.* 9
*Lacedæmon unde dicta.* 6
*Lacedæmon, Jovis filius, Eurotæ gener, rex. I. regionem à ſe dicit, ſicut urbem ab uxore ſuâ Spartam. 2. montem Taygetum, à Taygetæ matris nomine. ibid. Cletam & Phaënnam, inter deas refert, Gratiaſque dici jubet.* 1
*Lacedæmonii, tyrannis ſubjecti, 20. à Philopæmene in Achæorum poteſtatem redacti.* ibid.
*Laconica, Achajæ ſubjecta à Philopæmene. 20. poſteà ſub Romanis habita, in tutelâ gentis Claudiæ. 21. primò inter provincias prætorias, inde conſulares, cenſita. Poſterioribus temporibus, ejus juriſdictio Eccleſiaſtica, penes metropolitanum veterum Patrarum erat; civilis, penes Achajæ principem. 22. donata Imperatori Conſtantinopolitano, Deſpotæ regenda*

da traditur. ibid. poſteà in Turcarum poteſtatem venit. ibid.
Lampido, Leotychidæ filia, Archidami II. uxor. 17
Leda, Theſtii filia, Tyndari uxor. 4
Lelex, primus rex Laconicæ. 1. ejus uxor, liberi, pater, & heroum. ibid.
Leo Chamaretus, tyrannus. 21
Leobotes rex. Vide Labotas.
Leon, rex. 11
Leonidas I. rex, ejuſque pugna memorabilis ad Thermopylas. 12. quotus ab Hercule. ibid. ejus uxor. ibid.
Leonidas II. rex. 14. regno dejicitur, ac reſtituitur. ibid.
Leotychides, ſive Leutychides, rex. 17. regno dejectus. ibid.
in Leſbum coloniam deducit Oreſtes. 5
Leucippus, Amyclæ filius. 2
Leuctrica pugna quando acciderit; & in eâ quotnam ex Lacedæmoniis ceciderint. 18. quæ illius cladis cauſæ. ibid.
Lycurgus Charilao, fratris filio, regnum ſervat. 16

M.

Machanidas tyrannus. 20
Mahometes Spartam redigit in poteſtatem. 22
Maraphius, Menelai filius. 5
Marathon fluvius, Himerus quoque & Eurotas, appellatus. 2
Mecionica, Eurotæ filia, ex Neptuno filium Euphemum peperit. 1
Megapenthes, Menelai, filius. 5
Menelaus rex: ejus domus, Spartæ; templum, & ſepulcrum Therapnæ. 5. gubernatores, proreta, liberi. ibid.
Meſſenii, ſub Anaxandro rege debellati, ac Poloponneſo ejecti, quam diu in exilio egerint. 11. &, devictis poſteà Lacedæmoniis, pugnâ Leuctricâ, patriam recuperârunt. ibid.
Minervæ Aſiæ templum, à Caſtore ac Polluce conditum. 5
Μιξαρχαγύας Caſtor dictus 4. ab Argivis, 5
Mola, à quo, & ubi inventa. 1

N.

Nabis, tyrannus, dolo occiſus. 20
Naupactus, unde nomen habeat. 8
Neptunus ex Mecionicâ filium Euphemum gignit. 1
Nicander rex. 17. ſub eo Olympiæ inſtituta, & bellum in Argivos motum. ibid. quam diu regnaverit. ibid.
Nicoſtratus, Menelai filius, inter deos cultus. 5

Oebalus

O.

OEbalus rex, Perieris filius, aut Cynortæ. 3. ejus monumentum ubi. ibid.
Ogygus, rex Achæorum ultimus, ex ſtirpe Tiſameni. 6
Olympia, ſub Nicandro rege inſtituta. 17
Oreſtes rex, ejuſque cum Pylade amicitia. 5. ejus oſſa ubi inventa, à quo, quo tempore, & modo. ibid. coloniam in Leſbum deducit. ibid. ejus ſtatura. ibid. item filii. ibid.

P.

PAtrarum veterum metropolitanus jurisdictionem in Laconicâ eccleſiaſticam poſſidebat. 22
Patrocles, ſive Procles dictus, regnum Laconicæ occupat. 6
Pauſanias rex. 12
Peloponneſus quando ab Heraclidis recepta. 8
Penthitus, Oreſtis filius, rex Laconicæ. 6
Peridia, Lelegis uxor. 1
Perieres, Oebali pater. 3
Phaëmra à Lacedæmone inter deas relata, & Gratiæ nomine culta. 1
Pharæ, urbs, ab Auguſto Spartanis donata. 21
Pharus, Menelai Proreta. 5
Philonoë, Tyndari filia. 4
Philopæmen Lacedæmoniorum remp. evertit, & Achajæ ſubjicit. 20
Phrontis Menelai gubernator. 5
Piſiſtratidæ ejecti opera Cleomenis regis. 12
Pliſtonax rex. 12. quomodo dejectus, & reductus. ibid. quam diu regnaverit. ibid.
Ποίθιοι qui. 23
Pollux rex. 5. Minervæ Aſiæ templum condidit. ibid.
Polycaon, Lelegis filius, primus rex Meſſeniorum. 1
Polydectes rex. 16
Polydorus rex. 10. honores, qui defuncto habiti. ibid. domus ejus, ab uxore vendita, & Βοώνητα appellata, ac quamobrem. ibid.
Procles, ſive Patrocles, primus ſecundæ familiæ rex. 10. 15
Prytanis rex. 15. bellum gerit cum Argivis, & Cymurenſibus. ibid.
Πύθιοι. 23
Pyladis, & Oreſtis, amicitia. 5

R

REges Lacedæmoniorum, in ferendis ſuffragiis, jus duorum calculorum obtinebant. 23. è manubiis hoſtium partem quoque tertiam accipiebant. ibid. etiam contubernales in conviviis ſinguli duos habebant. ibid. cuſtodes item corporis, equites pariter peditesque, è lectiſſimâ juventute: adeſque

que eorum privatæ, non publicæ. ibid. in morte eorum lebetes æneos fœminæ pulſabant. ibid.
Romani Lacedæmoniis rempublicam, à Philopæmene ereptam, reddunt. 21

S.

SEmele, Lacedæmonis ex Jove mater. 2
Sepulcra regum Agiadarum. 9
Spartæ duo ſemper reges è poſteritate Herculis. 9
Sparta, quam diu ſub regibus fuerit. 19. Impetatori Conſtantinopolitano donata. 22. ſub Deſpota fuit. ibid. inde in Turcarum poteſtatem pervenit. ibid.
Sparta, Eurotæ filia, Lacedæmonis uxor, à quâ Sparta urbs dicta. 2
Spartus, pater Lelegis. 1

T.

TAygota, Eurotæ mater. 1. & Lacedæmonis. 2. Atlantis filia. ibid.
Taygetus mons, unde dictus. 2
Tegeatæ variè Lacedæmonios adfligunt, & tandem victi. 11
Teleclus rex. 9. quam diu regnaverit. ibid.
Teledica, uxor Myletis. 1
Theopompus Hiſtoricus, unde Hiſtoriam ſcribere inceperit. 6
Thera, colonia, ab Euryſthene, & Procle ducta. 10
Therapnæ, urbs: in quâ templum Menelai, ac ſepulcrum. 5
Therapne, Lelegis filia, à quâ urbs Therapnæ dicta. 1
Theſtius rex, Tyndari ſocer. 4. 19
Thomas Palæologus Spartam in poteſtatem redigit. 22
Tiaſa, Eurotæ filia. 1. ab eo fluvio, ſive fonti, nomen datum ibid.
Tiberius Imp. Achajam, & Macedoniam, iterum prætorias facit. 22
Timæa, uxor Agidis I, cum Alcibiade conſueviſſe exiſtimata. 18
Timandra, Tyndari filia, Echemi uxor. 4
Tiſamenus, Oreſtis filius, rex. 5. ſub eo Heraclidæ repetunt Laconicum regnum. 6. ejectus, in Achajam abit, & regnum ibi novum condit: ibid. in pugnâ adverſus Ionas cadit, Helicæque ſepelitur. ibid.
Turachanes Spartam ſubjicit. 22
Tyndarus rex. 4. ab Hippocoonte fratre regno dejectus. ibid. & ab Hercule reſtitutus. ibid. Minervæ Chalciacæ templum inchoat. ibid. ejus cum Euryto duellum. ibid. pater variè memoratus. ibid. uxor, liberique. ibid.

Vlyſſes

V.

VLyſſes quodnam Tyndaro conſilium dederit, Helenam filiam elocaturo. 5

X.

XEnodamus, Menelai filius. 5

Z.

ZEuxidamus, rex. 17

FINIS.

# INDEX AUCTORUM,

## *Qui hîc citantur.*

ABdias.
Ælianus.
Ampelius.
Anonymus.
Apollodorus.
Apulejus.
Ariſtides Adrianenſis.
Ariſtides Mileſius.
Ariſtoteles.
Athenagoras.
Aurelius Victor.
BAlſamon.
Bartholemæus Anglicus.
Beda.
Bion.
CEdrenus.
Cicero.
Claudianus.
Clemens.
Cornelius Nepos.
DAres.
Dictys.
Dinarchus.
Diodorus Siculus.
Diogenianus.
Dion Caſſius.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
EUſebius.
Euſtathius.
Eutropius.
FLorus.
Freculphus.
Frontinus.
GEmiſtus.
Gotfridus Viterbienſis.
HErodotus.
Heſychius.
Hieronymus.
Homerus.
Hygianus.
INterpres Germanici.
Joannes Philoponus.
Joannes Tzetzes.
Joſephus.
Joſephus Devonius.
Iſaacius Porphyrogenita.
Iſaacius Tzetzes.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſocrates.
Julianus.
Juſtinus.
LAmbertus Scafnaburgenſis.
Laonicus Chalcocondylas.
Leo Philoſophus Imp.
Libanius.
Livius.
Lucas Euangeliſta.
Lucas Tudenſis.

Lucia-

Lucianus.
Lutatius.
Lycurgus.
MAmertinus.
Marcianus.
Marianus Scotus.
Moſchus.
NAzarius.
Nicander.
Nicephorus Calliſtus.
Niaphorus Gregoras.
Nicetas Choniates.
PÆanius.
Parthenius.
Paulus Diaconus.
Pauſanias.
Philoſtratus major.
Philoſtratus minor.
Phlegon.
Phrantzes
Pindarus.
Plato.
Plinius major.
Plinius minor.
Plutarchus.
Polyænus.
Polybius.
Porphyrius.
SAtyrus.
Scholiaſtes Apollonii.
Scholiaſtes Euripidis.
Scholiaſtes Nicandri.
Scholiaſtes Pindari.
Scholiaſtes Theocriti.
Scholiaſtes Thucydidis.
Servius.
Simonides.
Soſibius.
Stephanus.
Stobæus.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
TAtianus.
Taurus.
Themiſtius.
Theodoretus.
Theophilus.
Thucydides.
VAlerius Maximus.
Vellejus.
XEnophon.
Xiphilinus.
ZEnobius.
Zoſimus.

FINIS.

# INDEX AUCTORUM,

*Qui hîc*

## Illuſtrantur, emendantur, aut errare oſtenduntur.

*In quo Numerus deſignat*

### CAPITA.


ÆLianus. 6.
Ampelius. 9.
Apollodorus. 7.
Apulejus. 20.
Ariſtides. 18.
Beda. 10. Cedrenus. 10.
Cyrillus. 17.
Dinarchus. 11.
Diodorus Siculus. 9.
Dionyſius Halicarnaſſeus. 18.
Euſebius. 10.
Euſtathius. 3. 5.
Gotfridus Viterbienſis. 20.
Herodotus. 6. 9. 15. 16.
Hyginus. 5.
Joannes Tzetzes. 4. 16.
Iſaacius Tzetzes. 6.
Julianus. 23.
Lambertus Scafnaburgenſis. 10.
Lucas Tudenſis. 10.
Lycurgus. 11.
Marcianus. 8.
Marianus Scotus. 9. 10.
Parthenius. 13.
Pauſanias. 1. 3. 6. 9. 11. 17. 18. 19.
Phlegon. 16.
Plutarchus. 17. 18. 19.
Polyænus. 15.
Polybius. 6.
Porphyrius. 6.
Scholiaſtes Euripidis. 1. 3.
Scholiaſtes Nicandri. 2.
Scholiaſtes Pindari. 6.
Servius. 4.
Stephanus. 1. 2.
Suidas. 12. 16. 23.
Themiſtius. 23.
Vellejus. 6.


FINIS.

# JOANNIS MEURSI
# PIRÆEUS.
## SIVE,
*De Piræeo, Athenienſium portu celeberrimo, & ejuſ-dem Antiquitatibus,*

LIBER SINGULARIS.

ULTRAJECTI,

Apud GUILJELMUM vande WATER, Bibliop. Anno cIↃ IↃc LXXXVI.

# JOHANNIS MEURSI PIRÆEUS.

## SIVE, *De celeberrimo illo Athenarum portu, & Antiquitatibus ejus.*

## LIBER SINGULARIS.

### CAPUT I.

*Piræeus; inter populos cenſebatur, Hippothoontidis tribus. Olim inſula, & unde nomen ſuum acceperit. Quantum abfuerit à vetere urbe. Ariſtophanis Scholiaſtæ error. Phalerum quantum inde abfuerit. Plinius explicatus, & Dion Chryſoſtomus.*

TRes Athenis portus erant; Munychia, Phalerum, Piræeus qui & ipſe, magnitudine, ac commoditate, primus. Ab hoc orſi, cæteros inde, velut pro mantiſſâ, dabimus. Erat autem inter populos, qui in tribu Hippothoontide. Stephanus. Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοων-

τίδ@ φυλῆς. *Piræus, populus Hippothoontidis tribus.* Strabo etiam inter Atticę populos refert, lib. IX. Εἶθ' ὁ Πειραιεὺς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις ταττόμενος. *Inde Piræus, qui & ipſe inter populos recenſetur.* Pauſanias, in Atticis. Ὁ δὲ Πειραιεὺς, δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ. *Piræus verò, antiquitus quidem populus erat.* Ac initio, erat inſula: unde & nomen illi datum. Strabo, lib. I. Τόν τε Πειραιᾶ, νησιάζοντα πρότερον, καὶ πέραν τῆς Ἀκτῆς κείμενον, οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι. *Piræeum, priùs inſulæ inſtar habentem, & ultra Acten ſitum, ita nominatum ferunt.* Suidas. Ἦν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος· ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν, ἀπὸ τοῦ διαπεραν. *Primitùs inſula erat Piræus: unde & nomen accepit, à trajectu.* Diſtabat ab urbe, antequam ei jungeretur, intervallo ſtadiorum quadraginta. Obſervare eſt apud Diogenem Laërtium, in Antiſthene, lib. VI. Οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους ἀνιὼν, ἤκουσε Σωκράτους. *Ac in Piræo habitans, quotidie itinere ſtadiorum quadraginta ad Socratem audiendum eſt profectus.* Errat Scholiaſtes Ariſtophanis, ad equites; qui triginta quinque tantum nobis memorat. Καὶ τὸν Πειραιᾶ γὰρ ἐτείχισε, ὃς ἀπεῖχε τῆς πόλεως σταδίους τριάκοντα πέντε, παρὰ θάλατταν ὤν. *Et Piræum muro cinxit, qui urbe aberat ſtadiis triginta quinque, & ad mare adjacebat.* In animo Phalerum habuit; cujus hoc ab urbe intervallum erat. Thucydides illud clarè docet, lib. II. Τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος. *Nam Phalerici muri, ad ambitum uſque urbis, erant ſtadia triginta quinque.* Piræeus, uti dixi, ſtadiis quadraginta aberat. Thucydides, ibidem. Τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων: *Longi verò muri ad Piræeum, ſtadia habebant quadraginta.* Clarè etiam Strabo dicit, lib. IX. Ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Atqui hi erant longi muri ad Piræeum, quadraginta ſtadiorum.* Et hæc quadraginta ſtadia faciunt quinque millia paſſuum, quæ commemorantur Plinio, lib. IV. cap. VII. *Piræeus, & Phalera, quinque millium paſſuum muro recedentibus Athenis juncti.* Sed Phalerum in eodem intervallo non ſat accuratè ponit: quod ſexcentis viginti paſſibus, ſive ſtadiis quinque propius. Verùm; quid Dione Chryſoſtomo faciemus, qui plus nonaginta ſtadiis ei tribuit? Ecce enim, Orat. XXXV. Καὶ ὕστερον τὸν Πειραιᾶ τειχίσαι,

πλειόνων

πλειόνων ἢ ἐνενήκοντα σταδίων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, προσέταξεν (ὁ Θεμιστοκλῆς) αὐτοῖς. *Poſteaque Piræeum muro cingere plus quam nonaginta ſtadiis, aliaque iſtiuſmodi, (Themiſtocles) juſſit.* Compono diſſidium. Quadraginta nempe ſtadia in utroque Piræei latere erant; decem, & amplius, in fronte: itaque bis quadraginta à gemino latere, ad hæc decem iſta à fronte, nonaginta tibi dabunt.

## CAPUT II.

*Murus, qui jungebat urbi Piræeum.* Μακρὰ τείχη, & Σκέλη; *Latinis,* Brachia *nuncupata. Spina regia illic nata. Fundamenta ejus muri Cimon jacit; Pericles perficit: Piræeum autem ipſum muro circumdat Themiſtoles. Plutarchi locus emendatus. Quando verò eum inceperit, ac continuârit poſtea, Periclesque colophonem impoſuerit. Hippodamus architectus. Altitudo deinde ejus, & latitudo: ac ſtructura univerſa. A Lyſandro mox deſtructus, inſtauratur à Conone avo primum, hinc nepoteidein pro uno ſeptem facti. Ab Hippodamo in regiones, atque vias, diſtributus. Circum etiam foſſa gemina, à Demoſthene facta. Locus quidam, mari cinctus.*

TOtum iſtud intervallum murus jungebat, ex re dictus Μακρὸν τεῖχος, *Murus longus*; ſeu plurali item numero, Μακρὰ τείχη, *Muri longi*: quia nimirum duo erant, ab utraque Piræei parte unus. Strabo, lib. IX. Ταῦτα δ' ἦν τὰ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Hi verò muri longi erant, ad Piræeum, ſtadiorum quadraginta.* Arrianus, in Epictetum, lib. III. cap. XXIV. Ἵν' ἴδῃ ποτὲ τὸν Πειραιᾶ τὸν καλὸν, καὶ τὰ μακρὰ τείχη, καὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Ut videat aliquando pulcrum Piræeum, & longos muros, atque arcem.* Xenophon, Hiſt. Græc. lib. II. Ἐποιοῦντο εἰρήνην, ἐφ' ᾧ τά τε μακρὰ

τείχη, καὶ τ̃ Πειραιᾶ, καθελόντας, &c. *Pacem fecerunt, eâ lege, ut, deſtructis muris longis, ac Piraeo, &c.* Verum, lib. IV. Συνανασήσει τά τε μακρὰ τείχη Ἀθηναίοις. *Unà inſtaurabit Athenienſibus muros longos.* Aliter Σκέλη quoque, ſive *Crura*; appellabant. Plutarchus, in Vitâ Cimonis. Λέγεται δὲ καὶ τ̃ μακρῶν τειχῶν, ἃ Σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν. *Feruntur & longi muri, quos Crura vocant poſteà perfecti eſſe.* Diodorus Siculus, lib. XIII. Συνέθεντο τὴν εἰρήνην, ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ τὰ τείχη τ̃ Πειραιῶς, περιελεῖν. *Pacem conſtituerunt, ita ut longa crura, & Piraei muros, dejicerent.* Strabo, lib. IX. Τῷ δὲ τείχει τούτῳ συνῆπται τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τ̃ ἄστεος σκέλη. *Muro verò huic connexa erant, quæ ex urbe deducebantur crura.* Scylax, in Periplo; ubi de Atticâ. Ἔπειτα ὁ Πειραιεὺς, καὶ τὰ σκέλη, καὶ Ἀθῆναι. *Inde Piraeus, & crura, & Athenæ.* Polyænus, lib. I. Βουλόμενος τοὺς φύλακας τ̃ ἄστεος, καὶ τ̃ Πειραιέως, καὶ τ̃ σκελῶν τ̃ ἄχει θάλασσαν, ἀγρύπνους περὶ τὴν φυλακὴν κατασκευάσαι. *Cupiens cuſtodes urbis, Piraei, atque crurium, quæ ad mare uſque excurrunt, ut excubias inſomnes agerent, efficere.* Latini Auctores *Brachia* dixerunt. Livius, lib. XXXV. *Inter anguſtias ſemiruti muri, qui duobus brachiis Piraeum Athenis jungit.* Propertius, lib. III, eleg. XX.

*Inde ubi Piræi capient me littora portus,*
*Scandam ego Theſeæ brachia longa viæ.*

Juſtinus, lib. V. *Si demiſſa Piraeum verſus brachia dejicerent.* Iterum mox. *In brachiis muri, quæ diruta fuerant, habitare.* Naſcebatur autem illic ſpina regia. Plinius, lib. XIII. cap. XXIV. *Spina illa naſcitur & Athenis, in longis muris.* Loquitur verò de ſpinâ regiâ. Ac fundamenta quidem ejus muri jeciſſe Cimon perhibetur. Plutarchus, in ejus Vitâ. Λέγεται δὲ καὶ τ̃ μακρῶν τειχῶν, ἃ σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τ̃ οἰκοδομίαν· τὴν δὲ πρώτην θεμελίωσιν εἰς τόπους ἑλώδεις, καὶ διαβρόχους, τ̃ ἔργων ἐμπεσόντων, ἐρεισθῆναι διὰ Κίμωνος ἀσφαλῶς, χάλικι πολλῇ, καὶ λίθοις βαρέσι, τῶν ἑλῶν πιεσθέντων, ἐκείνου χρήματα πορίζοντος. *Fertur & murorum longorum, quos Crura vocant, poſtea perfecta ædificatio: ſed prima eorum fundamenta, cum in loca paluſtria, & uliginoſa, opus incideret,*

*cideret, multa chalice, & gravibus ſaxis, conſtrictis paludibus, à Cimone, pecuniam ſuppeditante, ſuffulta.* Perfecit autem Pericles, operâ Callicratis architecti. Plutarchus, in ejus Vitâ. Τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαι φησὶν αὐτὸν εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης. *Murum verò longum, de quo ædificando refert Socrates audiviſſe Periclem, ſententiam ſuam proponentem, Callicrates faciendum ſuſcepit.* Atque hæc de muro longo. Ipſum verò Piræeum, conſideratâ oportunitate ejus, muro cinxit Themiſtocles. Cornelius Nepos, in Themiſtocle. *Cum Phalereo portu, neque magno, neque bono, uterentur Athenienſes, hujus conſilio triplex Piraei portus conſtitutus eſt: iſque mœnibus circumdatus, ut ipſam urbem dignitate æquipararet, utilitate ſuperaret.* Plutarchus quoque, in ejus Vitâ. Θεμιστοκλῆς δὲ, οὐχ ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιέως. *Themiſtocles verò, non, ut Ariſtophanes Comicus ait, urbi Piræeum admiſcuit, ſed urbem Piraeo annexuit.* Ut legendum; τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν. *Urbi Piræeum agglutinavit.* Locus comici, quem reſpexit, exſtat iſte in Equitibus.

Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει· σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις,
Ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ,
Καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν.

*O urbs Argi, audite quæ dicat. tune Themiſtocli te æquiperas?*
*Qui urbem noſtram plenam fecit, vacuam cum inveniſſet:*
*Ac præterea epulanti Piræeum agglutinavit.*

Ac cæpit ſtruere, cum archon eſſet; & item ut exſtruerent Athenienſes, non multò pòſt auctor fuit, Thucydides lib. I. Ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν. ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς, ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε. *Suaſit Themiſtocles, ut Piraei reliqua exſtruerent. inchoaverat autem ipſe anteà, cum annuo magiſtratu ſummo apud Athenienſes fungeretur.* Incidit autem iſte ejus magiſtratus in Olympiadis LXXV. annum II. Euſebius docet, qui in iſto anno ita. Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ ἐτείχισαν. *Athenienſes Piræeum muro cinxerunt.* Anonymus, in Deſcriptione

ptione Olympiadum, dicit factum anno demum inſequente tertio, iſtis verbis. Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιέα, καὶ τὴν πόλιν, τειχίζουσι. *Athenienſes Piræeum, & urbem, muro cingunt.* Et mox rurſum, anno IV. Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ τειχίζουσιν. *Athenienſes Piræum muro cingunt.* Sed ego ſic conciliandum hoc diſſidium exiſtimo; ut priore anno tertio inchoaverint, & deinde intermiſerint, ac rurſum quarto inſequente, Themiſtoclis ſuaſu, porrò exſtruxerint: quod Thucydides nobis dicit, in citatis ſtatim verbis. Diodorus verò Siculus, lib. XI anno quarto factum refert; iſque de exſtructione intelligi debet. Porrò hoc monendum nobis per occaſionem iſtam; cum Thucydides inchoatum illud opus dicat archonte Themiſtocle, à Diodoro, & qui eum ſequitur Anonymo, in Deſcriptione ſuâ Olympiadum, anni illius archontem non Themiſtoclem, ſed Timoſthenem, nominari. Itaque, pro Τιμοσθένης, apud Auctorem utrunque, Θεμιστοκλῆς reſcribendum cenſeo: iiſdem penè, ſed tranſpoſitis leviter, literis: ita ut proclivis admodum lapſus fuerit. Factum verò ab Hippodamo, architecto celeberrimo. Obſervo apud Scholiaſten Comici, equitibus. Ὁ δ' Ἱπποδάμου. Οὗτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει, καὶ οἰκίαν εἶχεν, ἥνπερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι. καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν Πειραιᾶ κατὰ τὰ Μηδικὰ συνήγαγεν. *Sed Hippodami. Hic in Piræo habitabat, & ædes habebat, quas publico conceſſit: primuſque ipſe circa belli Medici tempora Piræum conjunxit.* Confirmat Suidas, ubi dicit. Ἱπποδάμεια ἀγορά, ἐν Πειραιεῖ· οὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. *Hippodamium forum, in Piræo; ita vocatum ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Piræum Athenienſibus ædificavit.* Inde poſtea magis Pericles communivit. Appianus, de bell. Mithrid. ubi de Piræo agit. Καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου, Περίκλειον ἔργον, ὅτε τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ Πελοποννησίους στρατηγῶν, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης τῷ Πειραιεῖ πιθέμενος, μᾶλλον αὐτὸν ἐκρατύνετο. *Et facti ſunt (muri Piræi) è lapide magno, & quadrato; Periclis opus cum is, dux Athenienſium in Peloponneſios, collocatâ in Piræo ſpe victoria, magis ipſum communiret.* Ubi vides momentum loci; quod profectò tantum erat, ut ſine eo eſſe Athenæ minimè poſſent. Cornelius Nepos, in Phocione. *Neque ita multo poſt Nicanor Piræo eſt potitus, ſine quo Athenæ eſſe omnino non poſſunt.* Ac Themiſto-

miſtoclis quidem factum, de quo dixi, memorat etiam Demoſthenes, Oratione in Leptinem. Γνοίη δ' ἄν τις, εἰ παραθείη, πῶς Θεμιστοκλῆς, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνδρῶν ἁπάντων ἐνδοξότατος, ταυτὸ τοῦτ' ἐποίησε. λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος τειχίζειν τὸν Πειραιᾶ,) εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνῆταί τις ἐκ Λακεδαίμονος κατέχειν κελεύσας, οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. *Inde aliquis cognoſcat, ſi conferat, quo modo Themiſtocles, vir ætatis ſuæ clariſſimus, hoc ipſum fecerit. Ille itaque fertur dixiſſe civibus, ut murum (Piræei) exſtruerent; ac, ſi quiſpiam Lacedæmone adveniret, eum uti detinerent: ipſe autem ad Lacedæmonios legatus iviſſe.* Quem locum ob oculos habuit Apſines, libro de Arte Rhet. cap. Περὶ παραδείγματος. Ἐνίοτε δὲ καὶ ἀτελῆ ταῦτα ἐῶμεν, ἄχρι τοῦ χρησίμου μνησθέντες· ὡς ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην, ἐν τῷ περὶ τοῦ τειχισμοῦ τοῦ Θεμιστοκλέους. *Interdum & imperfecta ea relinquimus; quouſque expedit, commemorantes: ut in Oratione ad Leptinem, ubi de muro à Themiſtocle ædificato.* Latitudo autem muri tanta fuit, ut duo plauſtra, illic ſibi occurrentia, commeare in eo poſſent. Thucydides, lib. I. Καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ. δύο γὰρ ἅμαξαι, ἐναντίαι ἀλλήλαις, τοὺς λίθους ἐπῆγον. *Et ſtruxere ex ipſius ſententiâ murum eâ latitudine, quæ nunc etiam circa Piræeum exſtat. duo enim plauſtra, inter ſeſe occurrentia, ſaxa advehebant.* Altitudo cubitorum quadraginta. Appianus, libro paulo antè citato. Ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ κατῆλθεν, κατακεκλεισμένων εἰς τὰ τείχη τῶν πολεμίων. ὕψος δὲ ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσαράκοντα μάλιστα. *Ad Piræeum deſcendit, cùm ſe hoſtes intrà muros, qui ad cubitos inſtar quadraginta alti, recepiſſent.* Idque dimidium ejus erat, quam Themiſtocles deſtinaverat. Thucydides, loco jam citato. Τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο (ὁ Θεμιστοκλῆς.) ἐβούλετο γὰρ τῷ μεγέθει, καὶ τῷ πάχει, ἀφιστάναι τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβολάς. *Altitudo verò ad dimidiam partem ejus, quam (Themiſtocles) conſtituerat, eſt perducta: quippe ille cupiebat, ut altitudine, & latitudine, hoſtium impreſſiones propulſaret.* Eratque è lapide quadrato, & magno. Appianus, in citatis antè verbis. Καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου. *Et facti ſunt (muri Piræei) è lapide magno, ac quadrato.* Et hunc non cæmentum, aut lutum, ſed ferrum, ac plumbum, conjungebant. Thucydides, lib. I. Ἐντὸς δὲ

οὔτε πηλὸς ἦν· ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι, καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν, καὶ μολίβδῳ, δεδεμένοι. *Intus verò nec cæmentum ullum erat, neque lutum; ſed lapides magni, ſecturâ quadrati: inter ſe coagmentati, ferro, ac plumbo, vinciebantur.* Atque hunc tam inſignem murum, à Lyſandro profligati, ad decem uſque utrinque ſtadia demoliri ſunt coacti, Olympiadis XCIII. anno IV. Nota res eſt ex Hiſtoriâ. Sed mox inſtauravit Conon, Olympiadis XCVI. anno III. Diodorus Siculus, in eo anno, lib. XIV. Περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Κόνων, ὁ τοῦ βασιλικοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν ἔχων, ὀγδοήκοντα τριήρεσι καταπλεύσας εἰς τὸν Πειραιᾶ, τοῖς πολίταις ὑπέσχετο, τὸν περίβολον τῆς πόλεως ἀνοικοδομήσειν. τοῦ τε γὰρ Πειραιέως τὰ τείχη, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καθῄρετο, κατὰ τὰς Λακεδαιμονίων συνθήκας, ὅτε κατεπονήθησαν ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ. ὁ δ' οὖν Κόνων, μισθωσάμενος πλῆθος τεχνιτῶν, καὶ ἐκ τῶν πληρωμάτων ὄχλον εἰς ὑπηρεσίαν παραδοὺς, ταχέως τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησε. *Circa hæc tempora verò Conon, regiæ claſſi præfectus, cùm in Piræeum appuliſſet cum triremibus octoginta, ambitum urbis ſe refecturum civibus promiſit. nam & muros Piræi; & longa crura, ex fœdere cum Lacedæmoniis, fracti planè bello Peloponneſiaco, demoliti erant quam ob rem conductâ opificum multitudine, additiſque in miniſterium ſociis navalibus, ocyus maximam muro partem inſtauràvit.* Convenitque, quod Diogenes Laërtius ait, factum illud annis ſex poſt mortem Socratis. Verba ejus iſta ſunt, in ejus Vitâ, lib. II. Μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἐν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. *Meminit murorum, à Conone inſtauratorum: quæ acciderunt annis ſex poſt mortem Socratis.* Socrates autem diem obiit Olympiadis XCV. anno I: Ut oſtendi De Archont. Athen. lib. III. cap. XVI. Ergo recta computatio. Verum non perfecit opus; & clarè, in citatis verbis, Diodorus. Τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησε. *Maximam muri partem inſtauravit.* Itaque mox Conon alter, hujus è Timotheo filio nepos, partem adiecit, talentis decem, quæ pro patre ſolvere juſſus erat. Cornelius Nepos, in Timotheo. *Hujus poſt mortem populus, cum eum judicii ſui pœniteret, mulctæ novem partes detraxit; & decem talenta Cononem, ejus filium, ad muri quandam partem reficiendam, juſſit dare.*

*dare. In quo fortunæ varietas eſt animadverſa, nam, quos avus* Co-*non muros ex hoſtium prædâ patriæ reſtituerat, eoſdem nepos, cum ſummâ ignominiâ familiæ, ex ſuâ re familiari reficere coactus eſt.* Ac ſucceſſu deinde temporis, dum munire omnino ſatagunt, pro uno muro plures facti. Itaque, cum expugnaret urbem Sylla, Olympiades CLXXIII. anno III, amplius ſex fuiſſe narrat L. Florus, lib. III. cap. V. *Itaque L. Sylla, feſtinat, vir armis optumus; parique violentiâ ruentem ulteriùs hoſtem, quâdam quaſi manu repulit: primumque Athenas, urbem (quis crederet?) frugum parentem, obſidione, ac fame, ad humanos cibos compulit. mox, ſubruto Piraei portu, ſex quoque, & ampliùs muris, poſtquam domuerat, ingratiſsimos, ut ipſe dixit, hominum, in honorem tamen mortuorum ſacris ſuis, famæque, donavit.* Oroſius ſeptem commemorat, lib. VI. cap. II. *Sylla, cui poſt conſulatum Mithridaticum bellum obvenerat, Archelaum apud Piræeum, Athenienſium portum, ſeptemplici muro communitum, diu obſedit.* Beda, De Nominibus locorum in Actis Apoſtolorum. *Athenæ, civitas in Achajâ, philoſophiæ dicata ſtudiis; quæ, cum una ſit, plurali numero ſemper appellari ſolet. Cujus Piræeus portus ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe ſcribitur.* Et ex eo, illis ipſis verbis, Smaragdus Abbas, in eadem Acta, cap. VIII. *Piræeus portus, ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe dicitur.* Vellejus Paterculus, *multiplices munitiones* dicit, lib. II. *Ita dimicavit (Sylla) ut & Athenas reciperet, &, plurimo circa multiplices Piræi munitiones labore expleto, amplius ducenta hoſtium millia interficeret.* Itaque apparet ſatis, cur *tutum Piræa* dicat Virgilius, in Ciri.

*Jamque adeò tutum longè Piræa cernit.*

Et hos muros diruit Sylla; uti narrant Dion Caſſius, in Mithridaticis; Plutarchus in ejus Vitâ, & Strabo, lib. IX. Itaque hinc eſt, quod Dion idem, cùm Athenæ à Caleno, Julii Cæſaris legato, obſiderentur, Piræeum ſine muro tunc fuiſſe memorat. Verba ejus ita habent, lib. XLII. Ὁ οὖν δὴ Καλῆνος ἐπέμφθη εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸ τῆς μάχης ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. καὶ εἷλεν ἄλλά τε καὶ τὸν Πειραιᾶ, ἅτε καὶ ἀτείχιστον ὄντα. *At Calenus à*

*Julio ante pugnam miſſus eſt in Græciam : cepitque cùm alia, tum etiam Piræeum, quippe nullo item muro communitum.* Diſtinxit autem in vias, & regiones is, de quo ſtatim dixi, Hippodamus. Ariſtoteles, Politic. lib. II. cap. VI. Ἱππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος, Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus verò, Euryphontis filius, Mileſius, qui & urbium diviſionem invenit, & Piræeum diſſecuit.* Heſychius. Τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος, Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις. *Piræeum Hippodamus, Euryphontis filius, qui & res cæleſtes tractavit, Athenienſibus diviſit.* Demoſthenes geminam item foſſam circumduxit. Ecce, habes in Decreto, in honorem ejus facto, quod Plutarchus repræſentat, extremo libro De X. Rhet. Καὶ ἃς ἐπέδωκε δύο τάφρους (ὁ Δημοσθένης) περὶ τὸν Πειραιᾶ ταφρεύσας. *Et quas addidit (Demoſthenes) duas foſſas Piræeum circummuniens.* Ut autem Piræeus totus munitiſſimus, ita maximè pars illius quædam, mari undequaque cincta. Appianus iſtud docet, De bell. Mithrid. Καταπλαγεὶς αὐτῶν τὴν ὁρμὴν ὁ Ἀρχέλαος, ὡς μανιώδη, καὶ ἄλογον, ἐξέλειπεν αὐτοῖς τὰ τείχη. ἐς δὲ τὸ τοῦ Πειραιῶς ἀνέδραμεν ὀχυρώτατόν τε καὶ θαλάσσῃ περίκλυστον. *Perculſus Archelaus impetu ipſorum, ceu inſano, nec rationis quiſquam habente, reliquit illis muros, ac in Piræei partem munitiſsimam, quæque mari circumlueretur, ſe recepit.*

C A-

# CAPUT III.

*Et navalia huc tranſlata, à Themiſtocle. Armamentarium quoque ibi; à Philone ſtructum, à Sullâ exuſtum. Portus item illic triplex;* Κανθάρου λιμὴν, *ſive,* Κάνθαρος: Ἀφροδίσιον, *&* Ζέα. *Heſychii locus reſtitutus, & Plutarchi. Veneris duo fana; unum, à Conone; alterum, à Themiſtocle ſtructum. Venus* Ἄπαρχος. *Scholiaſtes Ariſtophanis emendatus. Portus iſti, olim aperti, poſteà claudi cæperunt, & muniri. Nauclerorum diverſoria. Themiſtoclis monumentum. Promontoria ex utrâque parte duo; Alcimi, & Ectionis: quorum hoc à Quadringentis communitum. Harpocration correctus.*

THemiſtocles verò, ut muro communivit, ſic navalia illuc tranſtulit: cum Phalero ad id tempus Athenienſes uſi eſſent. Pauſanias, in Atticis. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὡς ἦρξε, (τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῖ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. *Themiſtocles verò, cum magiſtratu fungeretur, quia multo opportunior navigantibus Piræeus videretur, triplici portu, cum Phaleri unus eſſet, hoc navale ipſis fecit.* Etiam armamentarium ibi erat, à Philone architecto exſtructum. Strabo, lib. IX. Τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. *Et Piræeum, & navalibus plenos portus: in quibus etiam armamentarium, Philonis opus.* Meminit ejus Cicero, De oratore, lib. I. *Philonem, illum architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſertè populo rationem operis ſui reddidiſſe.* Et Plinius, lib. VII. cap. XXXVII. *Laudatus eſt Cteſiphon Gnoſſius, æde Epheſiæ Dianæ admirabiliter fabricatâ: Philon, Athenis armamentario.* Exuſſit autem iſtud tam præclarum opus, uti etiam navalia, Sulla, bello contra Mithridatem.

Appianus, Mithridaticis. Ὁ δὲ Σύλλας τὸν Πειραιᾶ, ὃς ἄστεος μᾶλλον ἐνοχλήσαντά οἱ, κατεπίμπρη, φειδόμενος οὔτε τῆς ὁπλοθήκης, οὔτε τῶν νεωσοίκων. *Sulla verò Piræeum, qui plus ei negotii dederat, quam urbs, incendit: nec armamentario parcens nec navalibus.* Plutarchus, in ejus Vitâ. Εἶχε δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον καὶ τὸν Πειραιᾶ ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη. *Nec multo poſt Sulla etiam Piræeum in poteſtatem accepit, & maximam partem exuſſit: inter quæ Philonis quoque armamentarium erat.* Obſerva autem in citatis Pauſaniæ verbis tres fuiſſe illic portus; & hoc verum eſt. Thucydides firmat, lib. I. Νομίζων τό τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς. *Ratus locum opportunum, qui tres portus nativos haberet.* Loquitur de hoc ipſo Piræeo. Scylax, in Periplo. Ὁ δὲ πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς. *Piræeus verò tres portus habet.* Cornelius Nepos, in Themiſtocle. *Cum Phalereo portu, neque magno, neque bono, Athenienſes uterentur, hujus conſilio triplex Piræei portus conſtitutus eſt.* Idem videre eſt apud Heſychium, & Scholiaſten Ariſtophanis: quorum verba mox producam, aliâ occaſione. Horum autem portuum unus, à Cantharo heroë, Κανθάρου λιμὴν, *Canthari portus* vel etiam Κάνθαρος, *Cantharus* ſimpliciter; alter, à Veneris illic templis, ut videtur, Ἀφροδίσιον: tertius, Ζέα dicebatur, à frumento. De prioribus duobus, docet nos Comici Scholiaſtes, Pace. Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς ἔχει, πάντας κλειτούς· Εἷς μὲν, ὁ Κανθάρου λιμήν· οὕτω καλούμενος, ἀπό τινος ἥρωος Κανθάρου· ἐν ᾧ τὰ νεώρια· εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον. εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. *Piræeus portus habet tres, omnes celebres. Unus eorum, Canthari dictus eſt, ab heröe quodam Cantharo: in quo navalia. ac deinde, Aphrodiſium: inde circum, porticus quinque.* Videndus quoque Suidas, in Ναξιουργὴς κάνθαρος. Prioris mentio, nempe Canthari, etiam eſt apud Ariſtophanem, in Pace fabulâ.

Ἐν Πειραιεῖ δή πού 'στι Κανθάρου λιμήν.

*In Piræeo ſanè eſt Canthari portus.*

Item apud Heſychium, ſed corrigendum. Κανθάρων. λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν πειραιεῖ. *Cantharorum. Portus ita appellatur in Piræeo.*

Re-

Reſcribe. Κάνθαρον. λιμήν. *Cantharus. Portus.* Corruptum quoque ejus nomen apud Plutarchum, in Phocione. Μύστην δὲ, λούοντα χοιρίδιον ἐν καθαρῷ λιμένι, κῆτος συνέλαβε, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος κατέπιε. *Myſtam verò, qui porcellum lavaret in puro portu, cetus comprehendit, & inferiora corporis devoravit.* Nam, quid eſt illud? ἐν καθαρῷ λιμένι. *In puro portu.* Omninò reſcribendum cenſeo: ἐν Κανθάρῳ λιμένι. *In Cantharo portu.* Suidas alibi. Κάνθαρος, τὸ ζῶον· καὶ ὄνομα λιμένος Ἀθήνησι. *Cantharus, animal: & nomen portus Athenis.* Aphrodiſium, alter portus, nomen accepit, ut videtur, à duobus fanis Veneris, quæ Græcis Ἀφροδίτη dicitur. Et eorum quidem unum à Conone ibi ſtructum narrat Pauſanias, in Atticis: ubi de Piræeo agit. Πρὸς δὲ θαλάσσῃ Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεις Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδον, τὴν ἐν Καρικῇ χερρονήσῳ. *Ad mare Conon Veneris fanum ædificavit, cum triremes Lacedæmoniorum juxta Cnidum, quæ in Caricâ, peninſulâ, profligaſſet.* Alterum, à Themiſtocle: qui id Veneri, τῇ Ἀπάρχῳ cognomento, conſecravit. Scholiaſtes Hermogenis, lib. II. Περὶ ἰδεῶν, cap. περὶ γλυκύτητος. Καὶ τὰ περὶ τῆς περιστερᾶς, ὅτι ἐπὶ Θεμιστοκλέους τριήρους ἐφάνη καθεζομένη. ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νίκην Ἀπάρχου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ. ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπτρεὺς, ἐν τῷ Περὶ βωμῶν. *Ac quæ de columbâ ajunt, quæ conſpecta eſt in Themiſtoclis triremi conſidere; quâ de cauſâ poſt victoriam Veneris* Ἀπάρχου *fanum dedicavit in Piræeo: ut Ammonius Lamprienſis refert, libro De Aris.* De tertio, planè nomen ejus neſciremus, abſque uno Heſychio eſſet: nam Scholiaſtes quidem Comici: niſi culpa eſt liberarii, planè omittit. Itaque, nos Heſychius docet, iſtis verbis. Ζέα, ἡ Ἑκάτη, παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων, οὕτω καλούμενος ἀπὸ τοῦ κάρπου τῆς ζειᾶς. ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. *Zea, Hecate, apud Athenienſes; & Piræei portuum unus, ita ab hordeo nominatus. Habet verò Piræus portus tres, qui claudi poſſunt.* Ubi ultima verba obſerva: λιμένας τρεῖς κλειστούς. *portus tres, qui claudi poſſunt.* Atque ita reſcribendum eſſe cenſeo apud Scholiaſten Comici, in citatis antè verbis: quippe malè illic editur, λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειτούς. Nam catenâ tres hi portus claudebantur: quod initio quidem non fiebat, ut diſcimus clarè ex Thucydide, lib. II. Ἐβούλοντο, διαδεξάντων τῶν Μεγα-

ρέων

ρέων, ἀποπειρᾶσαι τοῦ πειραιέως, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων. ἦν δὲ ἀφύλακτος, καὶ ἄκλειστος. *Voluerunt, à Megarenſibus edocti, tentare Piraeum, Athenienſium portum: nullo enim præſidio cuſtodiebatur, neque claudebatur.* Poſteà verò muniri cæpti, & claudi etiam, bello Peloponneſiaco. Thucydides, loco citato. Καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ πειραιῶς μᾶλλον τολοιπὸν ἐποιοῦντο, λιμένων τε κλείσει, καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ. *Ac poſt hæc magis Piraeum cuſtodiebant, claudendis portubus, cæteraque omni curâ.* Ad hos portus, varia erant nauclerorum diverſoria. Indicat Xenophon, περὶ προσόδων. Καλὸν μὲν, καὶ ἀγαθὸν, ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας, πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι. *Pulcrum enim, & bonum, diverſoria circa portus, præter ea quæ jam exſtant, naucleris ædificare.* Ad maximum eorum, Themiſtoclis poſteà ſepulcrum fuit conſtitutum. nempe quia, ut initio hujus capitis à me dictum eſt, navalia huc tranſtuliſſet. Rem Pauſanias nobis tradit, etſi non cauſam, in Atticis ſuis. Καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. φασὶ γὰρ, μεταμελῆσαι τοῖς εἰς Θεμιστοκλέα. καὶ, ὡς οἱ προσήκοντες τὰ ὀστᾶ κομίσαιεν, ἐκ Μαγνησίας ἀνελόντες. *Atque ad maximum portum Themiſtoclis monumentum erat. Ajunt enim, pænituiſſe eorum, quæ in Themiſtoclem admiſiſſent: atque oſſa ejus, è Magnaſiâ ſublata, à propinquis reportata.* Plutarchus, in extremo Themiſtocle. Περὶ τὸν λιμένα τοῦ πειραιῶς, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών. καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντὸς, ᾗ τὸ ὑπεύδιον. τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς, τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. *Apud portum Piraei, ab Alcimi promontorio, quaſi cubitus quidam prominet; quem introrſum ubi prætervectus fueris, ubi mare ſubtranquillum, baſis exſtat, ſatis magna: quodque in illâ aræ inſtar, eſt Themiſtoclis ſepulcrum.* Porrò utrinque Piræeus promontorio tegebatur: ut non tantum arte tutus, ſed naturâ etiam eſſet. Et unum ex his, Alcimi appellabatur: alterum, Eetionis. De priore, obſervo ecce apud Plutarchum, in verbis illis præcedentibus. Περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών. *Apud portum Piraei, ab Alcimi promontorio, quaſi cubitus quidam prominet.* De altero, Suidas me docuit: cujus iſte exſtat locus. Ἠετιωνεία. οὕτως ἡ ἑτέρα τοῦ πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἠετίωνος. *Eetionéa. ita alterum Piraei promontorium dicebatur, ab Eetione, qui poſſederat terram illam.*

*illam.* Et Harpocration. Ἠετιωνεία. Ἀντιφῶν, ἐν τῷ περὶ τῆς μεταςάσεως. οὕτως ἐκαλεῖτο ἥ γε παρὰ τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἠετίωνος· ὥς φησι Φιλόχορος, ἐν τῇ πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφῇ. *Eetionéa. Antiphon, in Oratione De mutatione. Ita vocabatur promontorium juxta Piræeum, à poſſeſſore terra Eetione: ut auctor eſt Philochorus, in Reſcripto adverſus Demonem.* Ubi certè legendum puto, ut eſt apud Suidam, qui eum, ut ſolet, exſcripſit, quanquam truncatè. οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα. *ita vocabatur alterum Piræei promontorium.* Neque aliter eſt apud Stephanum, in Ἠετιωνεία. Et hoc ipſum promontorium muro etiam communitum fuit: poſteaque ad veterem murum, novum alium exſtruxerunt, ut melius in poteſtate ſuâ Urbem retinerent, Quadranginti, cum remp. invaſiſſent, Olympiadis XCII anno I. Qua de re videre eſt apud Thucydidem, lib. VIII.

## CAPUT IV.

*Porticus quinque.* Μακρὰ ςοά. *Statuæ Jovis, & Athenienſis populi, à Leocharis artificis manu: &* Μελίτη, *populus Oeneidis tribus; vel, ut alii, Cecropidis. Herculis cum Nymphâ Melite, à quâ nomen illi datum, conſuetudo: iſque ponus ibi cultus, unde* Μήλων *appellatus. Idem quoque* Ἀλεξίκακος. *Heſychius correctus. Hercules myſteriis quoque minoribus illis initiatus. Ageladas ſtatuarius. Scholiaſtes Ariſtophanis emendatus; item Suidas, Joannes Tzetzes, & Plutarchus. Euryſacis domicilium, & fanum: item Melanippi. Domus Themiſtoclis; ac Dianæ* τῆς Ἀρισοβούλης *templum, ab eo ſtructum: ubi poſteà, qui carnificis manu cæſi, abjici ſoliti. Plutarchus iterum emendatus. Dianæ* Ἀρισοβούλης *fanum apud Rhodios. Domus Phocionis, & tragædorum.*

Πύλαι Μελιτίδες. *Thucydidis ſepulcrum; item Herodoti, & Cimonis.*

HAbebat verò porticus quinque. Vides in citatis modo Scholiaſtæ Comici verbis. Εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. *Inde circum porticus quinque.* Atque hæ, quia conjunctæ, Μακρὰ στοὰ, *Longa porticus*, dicebatur. Obſervo apud Pauſaniam, in Atticis; qui in Piræei diſcriptione hanc nobis pro illis refert. Ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ. *Eſt verò ad longam porticum, ubi forum ii habent, qui ad mare habitant.* Meminitque Demoſthenes, Oratione in Phormionem. Οἱ δ᾽ ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἐν τῷ νεωρίῳ διελάμβανον κατ᾽ ὀβολὸν τοὺς ἄρτους, καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς στοᾶς τὰ ἄλφιτα. *Qui verò in Piraeo, ad navale panis obolo accipiebant, & in longâ porticu farinas.* Ac deſignat hanc Thucydides, lib. VIII. Διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοὰν, ἥπερ ἦν μεγίστη, καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη, ἐν τῷ Πειραιεῖ. *Exſtruxerunt etiam porticum, quæ maxima erat, proximeque contingebat, in Piraeo.* Retro porticum iſtam longam, ſtatuæ Jovis, & Athenienſis populi, à Leochare factæ, erant. Pauſanias, loco citato. Τῆς δ᾽ ἐπὶ θαλάσσῃ στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς, καὶ δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *Retro porticum, quæ ad mare, collocatæ ſtatuæ Jovis, populique, à Leochare factæ.* Et Μελίτη totus ille tractus dictus. Scholiaſtes Comici Avibus. Μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τὸν Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς, ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι. Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο. *Partem nunc quandam, quæ eſt retro longam porticum, vocare Colonum ſolemus, ſed non rectè: totum enim illud Melite eſt.* Et in populis cenſebatur, tribus Oeneidis. Stephanus, in Μελίτη. Καὶ δῆμος, Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μελιτεύς. *Et populus eſt, Oeneidis tribus: popularis, Melitenſis.* Alii Cecropidi tribuunt. Harpocration. Μελίτη. Δημοσθένης, ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. δῆμός ἐστι τῆς Κεκροπίδος. *Melite. Demoſthenes, Oratione in Cononem. populus eſt tribus Cecropidis.* Et ex eo totidem verbis Suidas. Demoſthenis locus, cujus meminit, iſte eſt. Κατιδὼν δὲ ἡμᾶς, καὶ κεκραυγάσας, καὶ διαλεχθείς τι πρὸς αὐτὸν οὕτως ὡς ἂν μεθύων, ὅτι μὴ μαθεῖν ὅτι λέγοι, παρῆλθε πρὸς Μελίτην ἄνω. *Cùm autem nos vidiſſet, cla-*

*clamanſque, & neſcio quid diſſertans ſecum, inſtar ebrii, præteriit, Meliten verſus aſcendens:* Nomen habet à Melite Nymphâ, cum quâ Hercules conſueviſſe ferebatur. Ariſtophanis Scholiaſtes, Ranis. Ἐκλήθη δὲ (ἡ Μελίτη) ἀπὸ Μελίτης Νύμφης, ᾗ ἐμίγη ὁ Ἡρακλῆς. *Nominata verò eſt (Melite) à Melite Nymphâ, cum quâ Hercules rem habuiſſe memoratur.* Harpocration. Κεκλῆσθαι δέ φησι τὸν δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ ἀπὸ Μελίτης. *Nuncupatum verò populum à Melite, auctor eſt Philochorus libro tertio.* Ideo nempe Hercules quoque à Melitenſibus hiſce cultus, qui huic pomis ſacra ſua faciebant: unde & Μήλων cognomento nuncupatus. Heſychius. Μήλων, Ἡρακλῆς. ὀνομασθῆναί φασι τὸν θεὸν οὕτως, διὰ τὸ μὴ ἱερεῖα θύειν αὐτῷ τοὺς Μελιτεῖς, ἀλλὰ τὸν καρπὸν τὰ μῆλα. *Melon, Hercules. ita dictum deum ferunt, quod non victimis ipſi Melitenſes faciant, verùm pomis.* Dicebatur autem Hercules ille etiam Ἀλεξίκακος. Ecce, apud eundem Heſychium, alio loco. Ἐκ Μελίτης μαστιγίας. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις, ἀντὶ τοῦ φάναι, ἐκ Μελίτης Ἡρακλῆς. μετημφίεστο γὰρ τὴν Ἡρακλέους στολήν. καλεῖται δὲ ὁ ἐν Μελίτῃ Ἡρακλῆς, Ἀλεξίκακος. *Melitenſis verbero, Ariſtophanes Ranis; pro, Melitenſis Hercules: quippe Herculis ſtolâ amictus erat. Appellatur autem Hercules, qui in Melite eſt, Averruncus.* Ita reſcribo. Perperam editur, Ἐκμελίτης μαστιγίας: & mox, Ἐκμελίτης Ἡρακλῆς. Et Ἀλεξίκακον, *Averruncum*, dictum fuiſſe, etiam docet Scholiaſtes Comici, Ranis. Ἐν Μελίτῃ ἐστὶν ἐπιφανέστατον Ἡρακλέους ἱερὸν Ἀλεξικάκου. *In Melite eſt inſigne admodum templum Herculis Averrunci.* Et ibidem initiatus minoribus myſteriis dicebatur: conditumque illi templum ibi loci, in quo hoc, quo dixi, modo colebatur. Scholiaſtes Comici, iiſdem Ranis. Ἡ Μελίτη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς· ἐν ᾗ ἐμυήθη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια. ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. *Melite, populus Atticæ; in quo Hercules minoribus myſteriis initiatus: eſtque idem fanum Herculis.* Et in eo ſimulacrum quoque ipſius, Ageladæ opus. Ioannes Tzetzes, Chil. VIII. cap. CXCII.

Ἀγελάδου τοῦ Ἀργείου μὲν ἦν μαθητὴς Φειδίας,
Τοῦ ἐν Μελίτῃ Ἀττικῆς πλάσαντος Ἡρακλέα.

*Ageladæ quidem Argivi diſcipulus erat Phidias,*
*Ejus, qui in Melite Atticæ fecit Herculem.*

Ariſtophanis Scholiaſtes, loco citato. Τὸ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἄγαλμα, ἔργον Ἀγελάδου τοῦ Ἀργείου, τοῦ διδασκάλου Φειδίου· ἡ δὲ ἵδρυσις ἐγένετο κατὰ τὸν μέγαν λοιμὸν, ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων. *Herculis vero ſimulacrum, opus eſt Ageladæ Argivi, Phidiæ doctoris: factaque eſt dedicatio, cùm magna peſtis graſſaretur. ceſſavit autem inde morbus, cùm jam homines multi periiſſent.* Ita enim utrobique ſcribo: nam perperam hodie legitur, apud Tzetzen quidem, Γελάδου: apud Scholiaſten verò, Ἐλάδου. Et omnino in corruptum Auctoris cujuſdam codicem inciderit Suidas: quem ſecutus, ſic in literâ Γ ſcribit. Γελάδας, ἀγαλματοποιὸς, διδάσκαλος Φειδίου. *Geladas, ſtatuarius, Phidiæ doctor.* Nam Agelades ſtatuario, non Gelades, nomen erat. Ecce tibi apud Plinium, lib. XXXIV. cap. VIII. *Et deinde, Olympiade octuageſimâ ſeptimâ, Agelades, Callon, Polycletus.* Et mox. *Polycletus Sicyonius, Ageladis diſcipulus, Diadumenum fecit.* Columella, lib. X.

*———nec Phradmonis, aut Ageladæ,*

*Arte laboretur.* ———

Neque aliter ſcribitur locis pluribus apud Pauſaniam, in Eliacis poſterioribus, Achaicis, Arcadicis, & Phocicis. Atque hoc obiter. Meminit Melites populi etiam Iſæus, in Oratione, De Hagniæ hæreditate. Οἰκίαν δὲ ἐν Μελίτῃ, τρισχιλίων ὠνημένην. *Domum in Melite, tribus millibus emptam.* Et Ariſtophanes, Ranis.

Μὰ Δί' ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας.

*Per Iovem, ſed verè Melitenſis ille verbero.*

Qui illic habitabat, Μελιτεὺς, *Melitenſis*, dictus. Heſychius. Μελιτεὺς κάπρος. τὸν γὰρ δῆμον Μελιτεύς ἐστι. *Melitenſis aper. qui populo eſt Melitenſis.* Stephanus in citatis verbis. Ὁ δημότης, Μελιτεύς. *Popularis, Melitenſis.* Itaque corrigendus Plutarchus, in Lycurgi rhetoris vitâ. Πρότερον δ' αὐτὴν γήμας Διοκλῆς ὁ Μελιτεὺς, ἐγέννησε Διοκλέα, τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας στρατηγήσαντα. *Ac cùm priùs ipſam uxorem ſumpſiſſet Diocles Melitenſis, ſuſcepit ex eâ Dioclem, militum ductorem.* Non rectè ſcribitur, Διοκλῆς ὁ Μελιττεύς. *Diocles Melittenſis.*

*ſis.* Habitavit illic olim Euryſaces, Ajacis filius. Plutarchus, in vitâ Solonis. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι, τὸν δὲ Σόλωνα φασὶν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι Φιλαῖος, καὶ Εὐρυσάκης, Αἴαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν (Φιλαῖος,) ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ (Εὐρυσάκης) ἐν Μελίτῃ. *Ipſi verò Athenienſes nugas eſſe arbitrantur, ac Solonem judicibus indicaſſe aiunt, Phylæum, & Euryſacen, Ajacis filios, jus adeptos civitatis Athenarum, inſulam iis tradidiſſe: & (Phylæum) quidem, Braurone Atticæ; (Euryſacen) verò, Melitæ habitaſſe.* Ac poſt mortem fanum ibi, tanquam heroi, eſt exſtructum. Harpocration. Εὐρυσάκειον. Ὑπερείδης, ἐν τῷ Πρὸς Ἀριστογείτονα. τέμενός ἐστιν Εὐρυσάκους, τοῦ Αἴαντος, ἐν Ἀθήναις, οὕτως ὀνομαζόμενον, ἐν Μελίτῃ. *Euryſaceum. Hyperides, in Oratione adverſus Ariſtogitonem. Fanum eſt Euryſacis, Ajacis filii, Athenis, ita nominatum, Melitæ.* Et Melanippi, Theſei filii, ibidem fanum. Obſervo apud eundem Harpocrationem alibi. Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος. Μελανίππου, τοῦ Θησέως, ἡρῷόν ἐστιν, ὥς φησιν Ἀσκληπιάδης Τραγῳδουμένοις. Κλείδημος δ', ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος, ἐν Μελίτῃ αὐτὸ εἶναι λέγει. Melanippeum. Lycurgus, in Oratione adverſus Lycophronem. *Melanippi herois, Theſei filii, fanum eſt; ut Aſclepiades ait, libro De iis quæ in tragediis decantata: Clidemus verò, libro primo Atthidos, Melitæ illud eſſe dicit.* Domus item illic Themiſtoclis; & propè eam, ædes Dianæ τῆς Ἀριστοβούλης, ab ipſo ſtructa: ubi poſtea cadavera eorum, qui occiſi à carnifice, projici ſolita. Plutarchus, in vitâ Themiſtoclis, Ἠνίασε δὲ τοὺς πολλοὺς καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰσάμενος, ἣν Ἀριστοβούλην μὲν προσηγόρευσεν, ὡς ἄριστα τῇ πόλει, καὶ τοῖς Ἕλλησι, βουλευσάμενος πλησίον δὲ τῆς οἰκίας κατεσκεύασεν ἐν Μελίτῃ τὸ ἱερὸν, οὗ νῦν τὰ σώματα τῶν θανατουμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι *Sed ægerrimè tulere multi, cum Dianæ templum ſtrueret; quam Ariſtobulen quidem appellavit, ceu quàm optimè Urbi, & Græcis, conſuluiſſet. ſtruxit verò templum illud prope domum ſuam Melitæ, ubi nunc cadavera interfectorum carnifices projiciunt.* Hâc de re corruptus locus, apud eundem, libro De malignitate Herodoti. Οἶμαι, μηδὲ ἐκείνους ἀνηκόους εἶναι Θεμιστοκλέους, καὶ τοῦ Θεμιστοκλέους βουλεύματος· ὃς, βουλεύσας τῇ Ἑλλάδι ναυμαχῆσαι πρὸ τῆς Σαλαμῖνος, ἱδρύσατο ναὸν Βουλῆς Ἀρτέμιδος ἐν Μελίτῃ, τοῦ βαρβάρου καταπολεμηθέντος. *Exiſtimo, & ipſos audiviſſe de Themiſtocle, ac Themiſtoclis conſilio. qui, cùm ſuaſiſſet,*

*navibus pugnandum eſſe ad Salaminem, devicto barbaro, Dianæ Bules fanum Melitæ dedicavit.* Reſtituo, ναὸν Ἀριστοβούλης Ἀρτέμιδος. *fanum Ariſtobules Dianæ.* nam Ἀριστοβούλη, non Βουλή, Diana hæc à Themiſtocle dicta. Neque primus ille cognomentum iſtud deæ excogitavit, ſed exemplo Rhodiorum fecit, apud quos jam ante culta. Porphyrius, De abſtin. ab anim. Ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου ἄνθρωπος Κρόνῳ. ὃ δὴ ἐπὶ πολὺ κρατῆσαν ἔθος μετεβλήθη. ἕνα γὰρ τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακριθέντων μέχρι μὲν τῶν Κρονίων συνεῖχον. ἐνστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς, προαγαγόντες τὸν ἄνθρωπον ἔξω πυλῶν, ἄντικρυς τοῦ Ἀριστοβούλης ἕδους, οἴνῳ ποτίσαντες, ἔσφαττον. *Sacrificabatur enim Rhodi, ad diem ſextum menſis Metagitnionis, homo Saturno: quod, cùm diu obtinuiſſet, immutatum eſt. unum enim, ex iis qui morti publico judicio damnati erant, ad Saturnalia aſſervabant; eumque, poſtquam dies feſtus adveniſſet, extra portam mox productum, contra fanum Ariſtobulæ, dato prius vini potu, mactabant.* Etiam Photion ædes illic ſuas habuit. Plutarchus teſtis, in ejus vitâ. Ἡ δὲ οἰκία τοῦ Φωκίωνος ἔτι νῦν ἐν Μελίτῃ δείκνυται, χαλκαῖς λεπίσι κεκοσμημένη, τὰ δὲ ἄλλα λιτὴ, καὶ ἀφελής. *Phocionis verò domus etiamnum Melitæ oſtenditur, æneis laminis ornata, cætera tenuis, ſimplexque.* Erat item tragædorum ibi domus, valde ampla. Heſychius. Μελιτέων οἶκος· ἐν τῷ Μελιτέων δήμῳ οἶκός τις ἦν παμμεγέθης, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ ἐμελέτων. *Melitenſium domus. In populo Melitenſi domus quædam erat, admodum magna, in quam Tragœdi ad exercitia conveniebant.* Quin & portæ cuidam urbis nomen inde datum invenio: juxta quam Thucydidis monumentum erat. Pauſanias, in Atticis. Καὶ οἱ δολοφονηθέντι, (de Thucydide illi ſermo.) ὡς κατῄει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. *Ipſique fraude interfecto poſt reditum monumentum exſtructum eſt, non longè à portâ Melitenſi.* Idem Herodoti. Mentionem utriuſque nobis Marcellinus facit, in vitâ Thucydidis. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα· ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου, καὶ Θουκυδίδου, τάφος. *Ad portam, quæ Melitenſis vocatur, ſunt Cœlæ, quæ Cimonia monumenta appellantur: ubi Herodoti, & Thucydidis ſepulcrum viſitur.*

# CAPUT X.

*Forum geminum; quorum alterum, Hippodamium nuncupatum, ab Hippodamo architecto: ubi mercatus celeberrimus, Proverbium,* Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. *Præſidium contra prædones illic poſitum. Locus etiam, mercibus exponendis proprius,* Δεῖγμα *dictus. Polyænus reſtitutus.* Ἀγορανόμοι *ibi quinque, &* Ἀστυνόμοι: Μετρονόμοι *autem quindecim; ſive, ut alii volunt, decem:* Σιτοφύλακες, *etiam quinque: &* Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου *decem. Suidæ locus emendatus. Præfecti decem à Lyſandro.*

GEminum etiam forum erat; unum, juxta longam porticum, de quâ dixi; eorum qui ad mare habitabant: alterum, eorum qui remotiores erant. Pauſanias. Ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ· καὶ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω ἐστὶν ἑτέρα. *Eſt verò ad longam porticum, ubi forum illi habent, qui ad mare adhabitant: alterum enim eſt eorum, qui non ita prope.* Horum alterum, ut videtur, forum fuit, Hippodamium appellatum. Mentio ejus luculenta apud Andocidem, in Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε θησεῖον. τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ, εἰς τὴν Ἱπποδαμείαν ἀγοράν. *Ducibuſque revocatis, edicere juſſerunt; quicunque Athenienſium in urbe habitarent, ut in forum, ſumptis armis; qui in muro longo eſſent, in* Theſei *fanum: qui in* Piræo *autem, ii in forum* Hippodamium *convenirent.* Demoſthenes, Orat. in Timotheum. Βοηθησόντων αὐτῷ, καὶ καταγομένων εἰς τὴν οἰκίαν, τὴν ἐν Πειραιεῖ, ἐν τῇ Ἱπποδαμείᾳ, ἑσπέρας ἤδη οὔσης. *Cum adjuturi ipſum eſſent, & in ædibus quas in* Piræo *habebat, in foro* Hippodamio*, divertiſſent.* Xenophon, Hiſt. Græc. lib. II.

Οἱ δ' ἐκ τοῦ ἄστεος, εἰς τὴν Ἱπποδάμειον ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο. *Urbani verò, cum in forum Hippodamium veniſſent, primum quidem ita aciem inſtruxerunt.* Nomen inditum ab Hippodamo architecto; qui Piræum, ut ſuprà dixi, Urbi adſtruxit. Suidas. Ἱπποδαμεία ἀγορὰ, ἐν Πειραιεῖ. οὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. *Hippodamium forum, in Piraeo. ita dictum ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Athenienſibus Piraeum ædificavit.* Nec adſtruxit tantum Urbi, ut nunc quoque illud moneam, verum etiam diviſit. Ariſtoteles Politic. lib. II. cap. VI. Ἱππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus verò Euryphontis filius Mileſius, qui & urbium diviſionem invenit, & Piraeum diſſecuit.* Cujus rei meminit item alibi Heſychius. Τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος, Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις. *Piraeum Hippodamus, Euryphontis filius, qui & meteorologus dictus, Athenienſibus diviſit.* Erat verò mercatus illic celeberrimus, mercibuſque omnis generis frequentiſſimus. Iſocrates. in Panegyrico. Ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τῆς Ἑλλάδος τὸν Πειραιᾶ κατεστήσαντο, τοσαύτην ὑπερβολὴν ἔχον, ὥστε ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἓν παρ' ἑκάστων χαλεπόν ἐστι λαβεῖν, ταῦθ' ἅπαντα παρ' αὐτῆς ῥᾴδιον εἶναι πορίσασθαι. *Mercatum enim in medio Græciæ ſtatuerunt Piraeum, adeò quidem excellentem, ut, quæ ſingula aliunde difficulter habere poſſes, ea omnia facilè illic invenires.* Sopater, De Diviſ. Quæſt. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἠδυνήθην ἀνελεῖν, παρόντων καὶ συνεστιωμένων πρὸς τοὺς ἐν Πειραιεῖ, τῷ κοινῷ Ἑλλάδος ἐμπορίῳ, πολυανθρώπῳ τυγχάνοντι. *Sed interficere non poteram, cum unà eſſent, & convivarentur, in Piraeo, communi Græciæ mercatu, hominibus frequenti.* Ecce, commune Græciæ emporium appellatum, nec injuriâ: quippe omnia undique iſtuc importata. Pericles, in Oratione funebri, apud Thycijdidem, lib. II. Ἐπεισέρχεται δὲ διὰ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα. *Importantur verò ob magnitudinem Urbis omnia.* Hinc proverbio dicebatur. Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. quod ex Ariſtotele refert Pollux, lib. VI. cap. VI. Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς, καὶ κεναγγίαν (τὴν πεῖναν) εἴρηκε Ξενοφῶν δὲ, βούλιμον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ, τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. *Plato Comicus, famem* κεναγγίαν; *Xenophon verò,* βούλιμον *dixit: Ariſtoteles autem, Piraeum non afferre* κεναγγίαν,

*vaſo-*

*vaſorum inanitatem, ſive famem.* Itaque poſiti & cuſtodes, qui excubias agitarent: ne prædones alicunde invadere auderent. Inde eſt apud Terentium Eunucho, Act. II. Sc. II.

*Miror, quid ex Piræeo abierit, nam ibi publicè cuſtos eſt nunc.*

Ubi Donatus. *Adverſus prædonum incurſus illic excubabat juventus Attica.* Et locus erat, ubi merces, peregrè aductæ, oſtentui exponebantur: iſque ex re Δεῖγμα dictus. Meminit Ariſtophanes Equitibus.

Ἐν τῷ Δείγματι τῶν δικῶν
Ἤκουσ' ἀντιλεγόντων.

*In Digmate litium*
*Audivi contra dicentes.*

Ad quæ verba Scholiaſtes. Τὸ Δεῖγμα, τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ. *Digma, locus eſt in Piræeo.* Et mox. Ἐκεῖ οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων ἐτίθεσαν. *Ibi mercatores eorum, quæ venalia habebant, ſpecimina ponebant.* Harpocration. Δεῖγμα, κυρίως μὲν, τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πωλουμένων. ἤδη δὲ, καὶ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο. *Digma, propriè quidem, ſpecimen rei cujuſque venalis. & locus quidam Athenis in foro, in quem ſpecimina afferebant, eo nomine dicebatur.* Demoſthenes, Orat. in Philoclem. Παραλαβὼν Δεινίαν, τὸν κηδεστὴν τὸν ἐμὸν, προσέρχεται αὐτῷ ἐν τῷ Δείγματι. *Adſcito Dinia, affine meo, adit ipſum in Digmate.* Xenophon, Hiſt. Græc. lib. V. Ἦσαν δέ τινες, οἳ καὶ εἰσπηδήσαντες εἰς τὸ Δεῖγμα, ἐμπόρους τέ τινας καὶ ναυκλήρους συναρπάσαντες, εἰς τὰς ναῦς εἰσήνεγκαν. *Erant verò aliqui, qui in Digma invadentes, correptos ſimul mercatores, & naucleros, in naves abducerent.* Lyſias, Orat. κατὰ Τίσιδος, cujus fragmentum exſtat apud Dionyſium Halicarn. Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος. Οὐ δυναμένου δὲ βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ δεῖγμα· καὶ ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων, πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, οὕτω διακείμενον. *Cumque incedere non poſſent, adduxere eum in Digma; ibique multis Athenienſibus, aliiſ-*

*que peregrinis; oſtenderunt, ita agrum.* Hinc eſt apud Polyænum, lib. VI. inter ſtrategemata Alexandri. Συνέταξε τοῖς ἐπὶ τῶν νεῶν διὰ τάχους προσπλεῦσαί τε παρὰ Δεῖγμα τὸ τοῦ Πειραιέως, καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι χρήματα. *Mandavit iis, qui in navibus, uti, Digma Piræei adnavigantes quam ocyſſimè, merces è menſis raperent.* Ita enim locum illum reſtituendum eſſe cenſeo. Hodiè editur, προσπλεῦσαι τῷ παραδείγματι τοῦ Πειραιέως. Quare erant, ut neceſſe in emporio, Ἀγορανόμοι, Μετρονόμοι, Σιτοφύλακες, Ἀστυνόμοι, ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου. Et quidem Ἀγορανόμοι illic quinque erant, ut in Urbe. Harpocration. Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, κληροῦσθαι φησὶ, πέντε μὲν εἰς τὸν Πειραιᾶ, πέντε δὲ εἰς ἄστυ. *Ædiles, qui res in foro venales curarent magiſtratus. Ariſtoteles verò, in Rep. Athenienſium, ait eos ſorte legi conſueviſſe, quinque quidem Piræeo, & quinque Urbi.* Totidem quoque Ἀστυνόμοι. Idem Harpocration alibi. Δέκα φησὶν εἶναι τοὺς ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Decem, qui urbem adminiſtrarent,* Ἀστυνόμοι *dicti, fuiſſe ait Ariſtoteles, in Rep. Athenienſium: & ex illis quinque quidem in Piræeo, quinque in Urbe.* Jam Μετρονόμοι, ſive, *Menſurarum præfecti*, quindecim erant, qui in Urbe tantum novem. Suidas. Μετρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησι τῶν μετρονόμων ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν εἰς Πειραιᾶ, ἐννέα δὲ εἰς ἄστυ. *Menſurarum præfecti. Magiſtratus quidem Athenis erant, qui menſuras curabant. Erant verò numero quindecim in Piræeo, novem in Urbe.* Sed Harpocration variat: & ait, quindecim tantum fuiſſe univerſos: decem horum in Piræeo, quinque in Urbe. Ecce verba. Ἦσαν δὲ (οἱ μετρονόμοι) τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα· εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Erant autem (menſurarum præfecti) numero quindecim: decem quidem in Piræeo, quinque in Urbe.* In re incertâ non libet conjecturæ indulgere. Σιτοφύλακες, qui frumentum obſervabant, item quinque numero erant. Harpocration. Σιτοφύλακες, ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν, ἥτις ἐπεμελεῖτο, ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄρτοι. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δὲ ἐν Πειραιεῖ. ὡς Ἀριστοτέλης, ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. *Frumenti curatores. Magiſtratus quidam erat Athenis, qui frumenti curam gerebat; uti illud, quomodò farinæ item, atque panes, juſto pretio venderentur. Erant verò quindecim*

*cim quidem in urbe, quinque autem in Piræo: uti refert Ariſtoteles, in Rep. Athenienſium.* Et conſentit iſthic Suidas. Erant porrò Ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου, ſive *Curatores fori*, numero decem: qui curabant, uti è frumento advecto in Piræum duæ partes in urbem deferrentur. Etymologici Auctor, in Ἐπιμεληταί. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐμπορίου (ἐπιμεληταὶ) ἄρχοντές εἰσι κληρωτοὶ ἑκάστου ἔτους καθιστάμενοι. οἷς προστετάκτο ἐπιμελεῖσθαι τοῦ καταπλέοντος σίτη εἰς τὸ ἐμπόριον τὸ Ἀττικὸν, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς ἄστυ κομίζειν. δέκα δὲ ἐπιμελητὰς ἐμπορίου ἐκλήρουν οἱ Ἀθηναῖοι, τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι καὶ τοῦ σίτου· καὶ τὰ δύο μέρη εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Alii dicunt, Curatores fori magiſtratum eſſe, qui quotannis ſorte lectus conſtituebatur; ac mandatum huic fuiſſe, ut curaret frumentum, quod in forum Atticum advehebatur. cogeretque mercatores, ut in urbem importarent. Decem verò Curatores fori Athenienſes ſorte lectos conſtituebant, qui forum curarent, utque è frumento duæ partes in urbem inferrentur.* Harpocration. Ἐπιμελητὴς ἐμπορίου. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου. Ἀριστοτέλης Ἐμπορίου δ' ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσι. τούτοις δὲ προστέτακται, τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη ἀναγκάζειν τοὺς ἐμπόρους εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Curator fori. Dinarchus, in Oratione adverſus Pytheam. Ariſtoteles. Fori curatores decem ſorte conſtituunt; quibus mandatum eſt, emporia curare; & cogere mercatores, ut è frumento duas partes in urbem inferant.* Suidæ locus hâc de re in fine mutilus eſt. Οἷς προστετάκτο ἐπιμελεῖσθαι τοῦ καταπλέοντος σίτου εἰς τὸ ἐμπόριον τὸ Ἀττικὸν, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν, εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Quibus imperatum, ut curarent frumentum, quod in mercatum Atticum adveheretur: cogerentque mercatores in urbem inferre.* Reſtitue. καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν, τὰ δύο μέρη εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Cogerentque mercatores, duas partes in urbem inferre.* Neque enim ſimpliciter univerſum frumentum, ſed duas tantùm ejus partes, importare cogebantur mercatores; ut apparet ex citatis aliorum Auctorum locis. Lyſander quoque, Athenis potitus, cùm triginta urbi præfectos impoſuiſſet, Piræo decem impoſuit. Plutarchus, in ejus Vitâ. Εὐθὺς δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δὲ ἐν Πειραιεῖ καταστήσας ἄρχοντας. *Confeſtim verò & Remp. movere aggreſſus eſt, conſtitutis urbi præfectis triginta, decem autem Piræo.* Meminit ſemel, iterumque, Xenophon Hiſt. Græc. lib. II. & Harpocration, in Μόλπις.

# CAPUT VI.

*Φρεαττύς, locus; item Σηράγγιον, ubi balneum. Etiam theatrum; in quo Neptuni certamen actum: & victorum præmia, à Lycurgo oratore instituti. Columna deinde; in quâ decretum, de Leucone immunitate donando. Lex Diopithis, ne quis ibi Atheniensis pernoctaret: quam mox ipſe prætergreſſus.*

ET Φρεαττύς locus erat, in maritimâ ejus parte; ubi rei, ſi elapſi alio crimine tenerentur, ſtantibus in littore judicibus, cauſam ſuam è navi dicebant. Pauſanias. Ἔστι δὲ τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς. ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. *Et in Piræei maritimâ parte Phreattys: ubi rei, ſi elapſi alio crimine inplicentur, audientibus in terrâ ſtantibus è navi cauſam dicunt.* Vide quæ de eo dixi Areopagi cap. XI. Alius quoque locus erat, qui Σηράγγιον dicebatur. Harpocration. Σηράγγιον. Λυσίας, ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος. Χωρίον τοῦ Πειραιέως οὕτως ἐκαλεῖτο. *Serangium. Lyſias, in Oratione adverſus Androtionem. Locus Piræei ita dicebatur.* Suidas. Σηράγγιον, χωρίον τοῦ Πειραιῶς. *Serangium, locus Piræe.* Ac ibidem balneum erat. Iſæus, in Orat. De Philoctemonis hæreditate. Ἀποδίδονται ἀγρὸν μὲν Ἀθμονοῖ, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν, Ἀντιφάνει· τὸ δ' ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον, τρισχιλίων, Ἀριστολόχῳ. *Vendunt agrum quidem Athmonenſem, ſeptuaginta quinque minis Antiphani: balneum verò, quod in Serangio, tribus millibus Ariſtolocho.* Heſychius breviter. Σηράγγιον, βαλανεῖον. *Serangium, balneum.* It theatrum ibidem erat. Xenophon. meminit, Hiſt. Græc. lib. II. Καὶ ἀπέκτειναν μὲν ἐγγὺς τριάκοντα τῶν ψιλῶν, τοὺς δ' ἄλλους κατεδίωξαν πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον. *Et occiderunt inſtar triginta; cæteros uſque ad theatrum, quod in Piræeo, ſunt perſecuti.* Hîc certamen, quod Neptuni dicebatur, peragi ſolitum; circularibus choreis minimum tribus. quo qui primus victor eſſet, decem minas; ſecundus, octo; tetius, ſex accipiebat:

piebat: idque è Lycurgi rhetoris inſtituto. Plutarchus refert, in ejus Vitâ, lib. De X. Orat. Ἔπ δὲ (νόμον εἰσήνεγκεν ὁ Λυκοῦργος) ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. διδόσθαι δὲ μὲν τοῖς πρώτοις νικῶσιν, οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς· τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτώ· ἓξ δὲ, τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν. *Inſuper verò (legem tulit Lycurgus) ut Neptuni certamen celebrarent in Piræo, choris circularibus minimum tribus: darent autem præmium victoribus quidem primis, minas non minùs decem; ſecundis, octo; tertiis, ſex.* Columna etiam illic ſtabat: in quâ decretum, de Leucone, Ponti domino, immunitate donato. Demoſthenes, in Orat. ad Leptinem. Ὡς μὲν εἰκότως, καὶ δικαίως, τετύχηκε τῆς παρ' ὑμῶν ἀτελείας ὁ Λεύκων, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί. τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀντιγράφους ἐστήσατε ὑμεῖς τε κἀκεῖνος· τὴν μὲν, ἐν Βοσπόρῳ· τὴν δ' ἐν Πειραιεῖ. *Quàm quidem rectè atque ordine immunitatem à vobis Leucon ſit conſecutus, audiviſtis ex decretis, Iudices. quam in rem columnas ejuſdem ſententiæ vos & ille ſtatuiſtis: unam, in Boſporo; alteram, in Piræo;* Diopithes legem aliquando tulit, ne urbanus quiſquam illic pernoctaret. Suidas, in Γοργών. Λέγει δὲ (ὁ Αἰλιανὸς) περὶ τοῦ Διοπείθους τοῦ Ἀθηναίου, ὃς νόμον εἰσάγει, τὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πειραιεῖ μείναντα, τοῦτον τεθνάναι. *Tradit (Ælianus) de Diopithe Athenienſi, tuliſſe eum legem; qui ex urbe in Piræo remaneret, uti is morte puniretur.* Ipſe tamen in hanc legem, à ſe latam; mox peccavit. Subjungit enim Suidas. Οὗτος οὖν ὤφλισθη ποτὲ ἄκων, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ Πειραιεῖ· καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ εἰς δίκην ὑπῆγον. *Hîc igitur quandoque veſperâ ingruente contra animi ſententiam in Piræo pernoctavit: & litem inimici intendunt.* Quæ habes iterum apud eundem, in Διοπειθής.

# CAPUT VII.

*Templum Jovis* τοῦ Σωτῆρος: *& ara propter, ac Minervæ ſimulacrum, à Cephiſodoro factum. Ara ſtructa è triginta his talentis, pro Demoſthene perſolutis. Jovis, ac Minervæ, commune fanum; & ſigna utriuſque ex ære: tum Leoſthenis pictura, & liberorum, ab Arceſilao facta. Jupiter* Κτήσιος *ibi cultus.*

TEmplum quoque illic Jovis viſebatur τοῦ Σωτῆρος: & ara juxta, ac Minervæ ſimulacrum, à Cephiſodoro factum. Plinius, lib. XXXIV. cap. VIII. *Cephiſodorus (fecit) Minervam mirabilem in portu Athenienſium; & aram, ad templum Jovis Servatoris, in eodem portu, cui pauca comparantur.* Jovis τοῦ Σωτῆρος templum, etiam Strabo illic memorat, lib. IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν, τὴν περὶ τοὺς λιμένας, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος. *Sed multa bella murum dejecerunt; & Munychiæ munitionem, ac Piræeum, redegerunt in vicum exiguum, qui eſt ad portus, & ad fanum Jovis Servatoris.* Quod ad aram illam attinet, hanc ſciendum exſtructam fuiſſe è triginta illis talentis, pro Demoſthene ex ærario Urbis publico perſolutis. Plutarchus, in Demoſthene. Τῶν δὲ Ἀθηναίων ψηφισαμένων εἰς ἃ ὤφειλε τριάκοντα (τάλαντα) νῆσαι αὐτὸν τὸν βωμὸν τοῦ Σωτῆρος Διὸς ἐν Πειραιεῖ, καὶ ἀφεῖσθαι. *Cum decretum Athenienſes feciſſent, ut, quæ debebat triginta talenta, ex iis ſtrueret aram Jovis Servatoris in Piræeo, atque ſic dimitteretur.* Sed ſciendum, templum hoc commune Jovi, ac Minervæ, exſtitiſſe; ſigna quoque utriuſque illic ænea fuiſſe: hujus, haſtam; illius, ſceptrum, & victoriam, tenentis: etiam Leoſthenis, qui Macedonas binis præliis ſuperavit, liberorumque ejus, picturam, ab

ab Arceſilai manu Pauſanias. Θέας δὲ ἄξιον τῶν ἐν Πειραιεῖ μάλιστα Ἀθηνᾶς ἐστι, καὶ Διὸς τέμενος, χαλκοῦ μὲν ἀμφότερα τὰ ἀγάλματα. ἔχει δὲ ὁ μὲν σκῆπτρον, καὶ νίκην· ἡ δὲ Ἀθηνᾶ δόρυ. ἐνταῦθα Λεωσθένην, ὃς Ἀθηναίοις, καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν, ἡγούμενος, Μακεδόνας ἔν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ, καὶ αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν· καὶ βιασάμενος εἰς Λαμίαν κατέκλεισε, τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης. τοῦτον τὸν Λεωσθένην, καὶ τοὺς παῖδας, ἔγραψεν Ἀρκεσίλαος. *Maximè ſpectatu dignum in Piræeo Minervæ, & Jovis, delubrum; cujus utriuſque ſimulacra ex ære: & Jupiter quidem, ſceptrum geſtat, ac victoriam; Minerva, haſtam. Eſt videre & Leoſthenem; qui Athenienſium Græcorumque omnium dux, Macedonas vicit in Bæotiâ, & ultra Thermopylas: & vi compulſos ad Lamiam obſedit, ex adverſo Oetæ ſitam. illum autem, liberoſque Arceſilaus pinxit.* Iſtud fanum eſt, de quo legati Athenienſium ad Ætolos, apud Livium, lib. XXXI. *Eodem enim ſcelere Urbem, colentem hos deos, præſidemque arcis Minervam, petitam; eodem Eleuſine Cereris templum; eodem Piræei Jovem, Minervamque.* Jupiter quoque illic Κτήσιος colebatur. Obſervo apud Antiphontem, Orat. in novercam. Μετὰ ταῦτα ἔτυχε, τὸν Φιλόνεων, ἐν Πειραιεῖ ὄντα, ἱερὰ θύειν Διῒ Κτησίῳ. *Poſteà accidit, ut Philoneus, qui Piræeo erat, Jovi Cteſio ſacra faceret.*



# CAPUT VIII.

*Lema Piræei, Ægina, ſive Pſyttalia, dicta; Seſtus, cribrum: quique illic habitarent, Πειραιεῖς dicti inter Tetracomos poſiti: & magis vulgo populares habiti, quam urbani. Quin & fontes illic multi, uſque ad belli Pelloponneſiaci tempora. Strabonis tempore locus totus deſolatus; idque à Sylla pridem factum, qui incenderat: ejuſque incendio ochra uſta demum inventa. Silphium illic præparari ad conſervationem ſolitum: & quo modo.*

PIræei autem lemam Pericles Æginam dixit. Plutarchus, in illius Vitâ. Ἀπομνημονεύεται δὲ ὀλίγα παντάπασιν· οἷον τὸ, τὴν Αἴγιναν, ὡς λήμην τοῦ Πειραιῶς, ἀφελεῖσθαι κελεῦσαι. *Commemorantur pauca omninò; inter quæ iſtud, quod Æginam, tanquam lemam Piræei, tolli juſſerit.* Meminitque iterum, initio Demoſthenis. Καί τὴν Αἴγιναν, ἣν τῶν Ἀττικῶν τις ἐκέλευεν ὡς λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιέως. *Et Æginam, quam Athenienſium quidam, velut Piræei lemam, tollere jubebat.* Ariſtoteles, Rhet. lib. III. cap. X. Καὶ Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε, τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως. *Et Pericles Æginam auferre jubebat, lemam Piræei* Athenæus Demadi Oratori tribuit, lib. III. Καὶ Δημάδης δὲ ὁ ῥήτωρ ἔλεγε, τὴν μὲν Αἴγιναν εἶναι τοῦ λήμην Πειραιῶς. *Ac Demades orator inquiebat, Æginam eſſe lemam Piræei.* De Pſyttaliâ hoc dictum tradit Strabo, ſi Caſaubono emendanti auſcultamus, lib. IX. Καί ἡ Ψυττάλια, νησίον ἔρημον, πετρῶδες· ὅ τινες εἶπον λήμην τοῦ Πειραιέως. *Et Pſyttalia, inſula exigua deſerta, ſaxoſa: quam nonnulli lemam Piræei dixerunt.* Antea edebatur; εἶπον λιμένα. τοῦ Πειραιέως. *Dicebant portum Piræei.* Sic Seſtus ejus cribrum dicebatur etiam à Philolao. Ariſtoteles, loco jam citato. Καὶ Πειθόλαος τὴν πάραλον, ῥόπαλον (εἶπε) τοῦ δήμου· Σηστὸν δὲ,

δὲ, τηλίαν τοῦ Πειραιέως. *Et Pitholaus paralum navem, Clavam (dicebat) populi: Seſtum verò, cribrum Piræi.* Porrò qui inhabitaret locum, eodem planè cum ipſo nomine, Πειραιεὺς appellabatur: quod Latinè *Piraenſis* dicere malim, ad diſcrimen. Stephanus. Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς· ὁ δημότης, Πειραιεύς. *Piraeus, populus Hippothoontidis tribus: popularis, Piraenſis.* Æſchines, Oratione in Timarchum. Μισγόλας Νικίου Πειραιεὺς μαρτυρεῖ. *Miſgolas, Niciæ filius, Piraenſis teſtatur.* Diogenes Laërtius, in Zenone, lib. VII. Ἐπὶ δὲ τὴν οἰκοδομὴν κεχειροτόνηται Θράσων Ἀνακαιεὺς, Φιλοκλῆς Πειραιεὺς, Φαῖδρος Ἀναφλύστιος. *Ad ædificationem autem electi ſunt, Thraſo Anacaenſis, Philocles Piraenſis, Phæſtus Anaphlyſtius.* Ac inter Tetracomos erant. Pollux, lib. IV. cap. XIV. Ὁ δὲ Τετράκωμος, τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθήνησι Τετρακώμοις οἳ ἦσαν Πειραιεῖς, Φαληρεῖς, Ξυπεταιῶνες, Θυμοιτάδαι. *Tetracomus verò, quæ ſaltationis ſpecies eſt, neſcio an quid pertineat ad Tetracomos, qui Athenis. Erant autem, Piraenſes, Phalerenſes, Xypeteones, Thymatadæ.* Dicebantur verò Piræenſes civiliores eſſe iis qui in urbe habitabant. Ariſtoteles, Politic. lib. V. cap. IV. Καὶ Ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσίν· ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ. *Athenis non ſimiliter ſe res habet: ſed civiliores multò ſunt Piraenſes, quam urbani.* Denique illud obſervandum eſt; multos planè fontes ibi exſtitiſſe, uſque ad belli Peloponneſiaci tempora. Thucydides diſertè dicit, ubi peſtem celeberrimam deſcribit, quæ graſſata ejus belli anno ſecundo. Ecce verba, lib. II. Καὶ τοπρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα εἰσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα· κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. *Primumque in Piraeo homines attigit; ita ut ab iis diceretur, venena à Peloponneſiis in puteos injecta eſſe necdum enim fontes ibi loci erant.* Adeò verò pluribus bellis deſtructus Piræeus fuit, ut jam ſuo tempore Strabo, qui Auguſti, & Tiberii, ævo vixit, ad pauca quædam domicilia redactum tradat, lib. IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν. *Multa verò bella murum dejecerunt: & Munychiæ munitionem, ac Piraeum, in exiguum quendam vicum redegerunt.* Nempe id à Sullâ factum, qui in-

cendit, bello contra Mithridatem. Plutarchus, in ejus Vitâ. Εἶχε δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον καὶ τὸν Πειραιᾶ ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν. *Nec multo poſt venit etiam in Syllæ poteſtatem Piraeus, qui maximam partem incendit.* Et hoc incendio caſu reperta ochra uſta. Plinius, lib. XXXV. cap. VI. *Uſta (ochra) caſu reperta, incendio Piraei: è ceruſſâ, in orcis crematâ.* Denique illud non prætereundum cenſeo, ſilphium hîc præparari ad conſervationem ſolitum. Rem, & modum, tradit nobis Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. VI. cap. III. Κατεργάζονται δὲ (τὸ σίλφιον) ἄγοντες εἰς τὸν Πειραιᾶ, τόνδε τὸν τρόπον. ὅταν βάλλωσιν εἰς ἀγγεῖα, καὶ ἀλεύρα μίξωσι, σείουσι χρόνον συχνόν· ὅθεν καὶ τὸ χρῶμα λαμβάνει, καὶ ἐργασθὲν ἄσηπτον ἤδη διαμένει. *Præparant vero, (ſilphium,) in Piraeum advectum, hoc modo. Vaſis injectum, & farinâ permiſtum, aliquamdiu concutiunt: unde & colorem aſſumit, & confectum, jam perdurat incorruptum.* Atque hæc de Piræeo, propriè dicto: reliquum eſt, ut Munychiam illi junctam, immo quandam ejus partem, memoremus.

## CAPUT IX.

*Munychia, Piræeo conjuncta: & munita à Thraſybulo. Dicta ab heroe Munycho. Fanum Dianæ* τῆς Μουνυχίας: *& Bendidéum, ac theatrum. Aræ quoque; & fanum herois* τοῦ Ἀκρατοπότου. *Mitto comparata ab Antigono. Solonis de eâ vaticinium. Ara Luciferæ.*

PRæter Piræeum, Munychia quoque portus erat, & Phalerum. Pauſanias, in Atticis. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀθηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος, ὁ δὲ, ἐπὶ Φαληρῷ. *Eſt verò & alius Athenienſibus in Munychiâ portus, & Dianæ Munychiæ fanum: deinde & alius, Phaleri.* De Phalero, ſequens mihi caput erit: nunc Munychiam memorabo, quæ & ipſa inter populos Atticæ

ticæ fuit. Meminit ſtrabo, lib. IX. Εἶθ' ὁ Πειραιεὺς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις ταττόμενος· καὶ ἡ Μουνυχία. *Inde eſt Piraeus, qui & ipſe inter populos recenſetur: ac Munychia.* Ac deſcribit, in ſequentibus ſtatim verbis. Λόφος δ' ἐστιν ἡ Μουνυχία χερρονησίζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἐπιτηδές, ὡς οἴκησεις δέχεσθαι, στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχον. *Eſt autem Munychia tumulus, peninſulæ formâ, cavus, & magnâ ex parte cuniculis ſubrutus, cum naturâ, tum induſtriâ, ita ut habitationes recipiat: intraturque per anguſtas fauces.* Dicit autem, munitum fuiſſe, cum naturâ, tum induſtriâ. Sic & Diodorus Siculus, lib. XX. Οὔσης τῆς Μουνυχίας οὐ μόνον ἐκ φύσεως, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς. *Cum Munychia munita eſſet, non duntaxat à naturâ, ſed & murorum ſtructurâ.* Et ager ibi arvus erat: unde capiendus Statius, Theb. XII.

*——— qui rura laceſſunt.*

*Munychia.* ———

Conjuncta erat cum Piræeo, & munita etiam muro. Strabo, libro jam citato, Τὸ μὲν παλαιὸν ἐτετείχιστο, καὶ συνῴκιστο, ἡ Μουνυχία, παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις· προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ. *Antiquitus muro cincta erat, habitabaturque, Munychia; ferè quomodo urbs Rhodiorum: ambitu ſuo complexa Piraeum.* Scholiaſtes Callimachi, partem Piræei dicit, Hymno in Dianam. Μουνύχιον γὰρ ἐστι μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν. *Munychium enim pars eſt Piraei, portus Athenarum.* Munivit autem Thraſybulus. Cornelius Nepos, in ejus Vitâ. *Hinc in Piraeum tranſiit, Munychiamque munivit.* Erat autem collis quidam. Vides in Strabonis verbis, jam citatis. Λόφος δ' ἐστιν ἡ Μουνυχία, χερρονησίζων. *Collis verò eſt Munychia, peninſulæ formâ.* Diodorus Siculus, lib. XIV. Καὶ κατελάβετο τὴν Μουνυχίαν, λόφον ἔρημον, καὶ καρτερόν. *Et occupavit Munychiam, collem deſertum, & munitum.* Hunc cum occupaſſet Munychus, fanum ibi condidit Dianæ, τῆς Μουνυχίας cognomento. Suidas, in Πειραιεύς. Τὰ ἄκρα Μούνυχος κατασχὼν, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Cum ſumma Munychus occupaſſet, fanum ibi Dianæ Munychiæ conſecravit.* Euſtathius, è Pauſaniæ Lexico Rhetorico, Embarum conditorem ſtatuit, ad Iliad. β'. Ὁ δ' αὐτὸς

αὐτὸς Παυσανίας ἱστορεῖ καὶ ἵνα ἔμβαρον ἐπὶ εὐχῇ σοφίσασθαι. ἱδρύσατο γὰρ, φησὶ, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερόν. *Idem Pauſanias tradit, Embarum quendam votum vafrè eluſiſſe. condidit enim, inquit, Munychiæ Dianæ templum.* Sed de Munycho, nullo modo dubitandum, qui & loco nomen dedit. Stephanus. Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου· καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. *Munychia, portus Atticæ, à Munycho. & fanum Munychiæ Dianæ.* Suidas. Μουνυχία, τόπος θαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ, ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως, τοῦ Παντακλέους. *Munychia, locus maritimus Atticæ. Hellanicus verò, Hiſtoriæ Atticæ libro ſecundo, nominatum refert à rege quodam Munycho, Pantaclis filio.* Fani autem meminit Pauſanias, in prolatis paullo ante à me verbis. Ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος. *Portus quidem in Munychiâ, & Munychiæ Dianæ fanum.* Et Xenophon, Hiſt. Græc. lib. II. Ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδὸν, ἣ φέρει πρός τε τὸ ἱερὸν τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ Βενδίδειον. *Ut viam impleret, quæ ad Munychiæ Dianæ templum, & Bendidéum, ducit.* Ecce verò, in propinquo ibidem erat Bendidéum, fanum Dianæ: quæ Βένδις Thracibus nuncupata. Indicat Xenophon, in citatis iſtis verbis. Erat ibidem Theatrum: cujus meminit Thucydides, lib. VIII. Οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ ὁπλῖται, τόν τε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες, καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐκκλησίασαν. *Qui verò in Piræeo erant gravis armaturæ milites, cum Alexiclem, quem comprehenderant, dimiſiſſent, ac munitionem deſtruxiſſent, ad theatrum Dionyſiacum prope Munychiam conceſſerunt: ibique, poſitis armis, concilium habuerunt.* Et Lyſias, Orat. in Agoratum. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκκλησία Μουνυχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγίγνετο, οὕτω σφόδρα τινὲς ἐπεμελοῦντο, ὅπως καὶ ἐν τῷ δήμῳ περὶ τῶν στρατηγῶν, καὶ τῶν ταξιάρχων, μήνυσις γένοιτο. *Poſtquam autem Munychiæ in theatro habita eſt concio, adeo nonnulli ſatagebant, ut coram populo de militiæ ducibus, ac centurionibus, indicium fieret.* Et mox iterum. Ὅτε ἡ ἐκκλησία Μουνυχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγένετο, ἅμα μὲν βουλόμενος τὸν Μενέστρατον σωθῆναι, ἅμα δὲ ὡς πλείστους ἀπογραφέντας ἀπολέσθαι, παράγει αὐτὸν εἰς τὸν δῆμον. *Cum Munychiæ in theatro concio eſſet, cupiens ſimul & ſervari Meneſtratum, & plurimos eorum, qui delati erant, interire, adducit ipſum*

*ad populum.* Meminit aræ quoque cujuſdam Lyſias, in citatâ Oratione. Ὁ δὲ Ἀγόρατος καὶ οἱ ἐγγυηταὶ, καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχιάσιν. *At Agoratus, & fidejuſſores, conſident ad aram Munychiæ.* Fanum item fuiſſe videtur herois τοῦ Ἀκρατοπότου. Athenæus, lib. II. Πολέμων φησὶν, ἐν Μουνυχίᾳ Ἥρωα Ἀκρατοπότην τιμᾶσθαι. *Polemon auctor eſt, Munychiæ heroem Acratopoten, ſive Merobibum, coli.* Antigonus Munychiam nullo comparabat, ut Athenas ipſas cani. Plutarchus, in Erotico. Ὁ μὲν γὰρ Ἀντίγονος ὠχυρωμένῳ τὴν Μουνυχίαν τῷ φρουροῦντι γράφων, ἐκέλευε ποιεῖν μὴ μόνον τὸν κλοιὸν ἰσχυρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν κύνα λεπτὸν ὅπως ὑφαιρῇ τὰς εὐπορίας τῶν Ἀθηναίων. *Antigonus enim, præfecto Munychiæ, qui eam muniiſſet, ſcribens, jubebat, non ſolum nullum facere validum, ſed & canem macerare: nimirum innuens, & Athenienſium opes attenuaret.* Memoratur de eâ vaticinium Solonis, apud eundem Plutarchum, in ejus Vitâ. Λέγεται δὲ, Μουνυχίαν ἰδὼν, καὶ καταμαθὼν πολὺν χρόνον, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς τυφλόν ἐστι τὸ μέλλοντος ἄνθρωπος. ἐκφαγεῖν γὰρ τοὺς Ἀθηναίους τοῖς αὑτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προῄδεισαν, ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ χωρίον. *Fertur verò, cum Munychiam videret quam longo tempore cognoviſſet, dixiſſe præſentibus; cæcos eſſe in futuris rebus homines: quippe dentibus directuros eum locum Athenienſes, ſi præſcirent, quanto malo urbem affecturus eſſet.* Alii illud Epimenidi Cretenſi tribuunt: Joannes Tzetzes. Var. Hiſt. Chil. V.

Ἐπιμενίδης Φαίστιός τις ἐκ Φαιστοῦ τῆς Κρήτης,
Ὡς εἰς Ἀθήνας ἐπελθὼν εἶδε τὴν Μουνυχίαν,
(Πλησίον δὲ λιμένος γὰρ χωρίον ἐστὶν αὕτη.)
Κατανοήσας ἐξ αὐτῆς βλάβην τοῖς Ἀθηναίοις,
Προφητικῶς προείρηκε τάδε καὶ ἔπος λέγων·
Εἰ Ἀθηναῖοι ᾔδεισαν, ὅσα ἡ Μουνυχία
Εἰς βλάβην συντελέσειε τῆς Ἀθηναίων χώρας,
Ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἂν αὐτὴν κατέφαγον, ὡς ἄρτον.

*Epimenides Phæſtius, è Phæſto Cretæ,*
*Ut Athenas ingreſſus vidit Munychiam,*
*( Eſt autem locus prope portum. )*

*Animadvertens venturum inde Athenienſibus damnum,*
*Vaticinans prædixit, hic verbis loquens:*
*Si ſcirent Athenienſes, quantum Munychia*
*Damnum datura eſſet ipſorum regioni,*
*Dentibus eam, inſtar panis, devorarent.*

Ita quoque Diogenes Laërtius, in ejus vitâ, lib. I. Ἰδόντα γοῦν τὴν Μουνυχίαν παρ' Ἀθηναίοις, ἀγνοεῖν, φάναι, αὐτοὺς, ὅσων κακῶν αἴτιον ἔσται τοῦτο τὸ χωρίον αὐτοῖς, ἐπεὶ κἂν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτὸ διαφορῆσαι. *Cum Munychiam apud Athenienſes conſpexiſſet; ignorare eos, inquiebat quantum mali locus is daturus eſſet: ſiquidem futurum, ut vel dentibus eum diriperent.* Juxta, erat ara Luciferæ, dedicata, quod columna illa ignea, quæ proficiſcentibus Phylâ Athenas verſus, duce libertatis vindice Thraſybulo, noctu lucem præbuiſſet, ibi loci defeciſſet. Clemens meminit, Strom. I. Ἀλλὰ καὶ Θρασυβούλω, τοὺς ἐκπεσόντας ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντι, καὶ βουλομένῳ λαθεῖν, στῦλος ὁδηγὸς γίνεται διὰ τῶν ἀτριβῶν ἰόντι, καὶ τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ, ἀσελήνου καὶ δυσχειμερίου τοῦ καταστήματος γεγονότος, πῦρ ἑωρᾶτο προηγούμενον, ὅπερ, αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν, κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπεν· ἔνθα νῦν ὁ τῆς Φωσφόρου βωμός ἐστι. *Quin etiam Thraſybulo, exules Phylâ reducenti, & latere cupienti, viæ dux columna fuit; & Thryſybulo, noctu per non trita loca incedenti, cum illune tempus eſſet, & hibernum, viſus eſt præcedens ignis: qui, cum eos citra offenſionem ullam deduxiſſet, ad Munychiam defecit, ubi nunc Luciferæ ara eſt.*

CA-

# CAPUT X.

*Phalerum, etiam populus, idque tribus Antiochidis. Suidas emendatus. Mari propinquum; itaque olim ibi navale: & Mneſtheus inde in Trojam, Theſeus in Cretam profectus. Spectacula illic edi ſolita. Clepſydræ fontis ortus. Scironis fanum. Nauſithoi, & Phæacis, heroa. Templum Cereris; & Minervæ* τῆς Σκιράδος: *à Sciro illic dedicatum. Aræ Jovis, deorum ignotorum, Theſei filiorum, Phaleri, & Androgei. Heros quoque juxta puppim ibi cultus. Locus,* Ὠσχοφόριον *dictus. Muſæi, Eumolpi filii, monumentum. Ariſtidis prædium, & ſepulcrum. Palus. Quam longè Athenis abfuerit. Braſſicæ ibi præſtantes. Heſychius reſtitutus. Apuæ item excellebant; ubi operra figulina, & glauciſſus, atque gobius.*

POſt Munychiam, offert ſe Phalerum nobis apud Pauſaniam, iſtis verbis, Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀθηναίοις, ὁ μὲν, ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμήν· ὁ δὲ, ἐπὶ Φαληρῷ. *Eſt & alius Atheniſibus portus, hic quidem, Munychiæ iſte verò, Phaleri.* Etiam iſtud inter Atticæ populos poſitum. Stephanus. Φαληρὸν, δῆμος, καὶ ἐπίνειον, τῆς Ἀττικῆς. *Phalerum, populus, & navale, Atticæ.* Et quidem, tribus Antiochidis. Harpocration. Φαληρὸν, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος *Phalerum, populus Antiochidis tribus.* Corrigendus eſt Suidas, apud quem malè hodie legitur: Φάληροι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *Phaleri, populus Atticæ.* Reſcribe. Φαληρὸν, δῆμος τ. Α. *Phalerum, populus A.* Multa ejus paſſim apud Auctores mentio. Erat verò hîc navale Athenarum antiquiſſimum, quia proximum illic mare; & inde Meneſtheus,

cum

cum aliquot navibus, Trojam petiit: ac ante eum Rheſeus Cretam. Pauſanias. Φαληρὸν δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστα τῆς πόλεως ἀπέχει θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν. καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν εἰς Τροίαν ἀναχθῆναι· καὶ τούτου πρότερον Θησέα, δώσοντα Μίνῳ δίκας τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς. *Phaterum verò, nam hîc minimum ab urbe mare abeſt, navale erat. ac Meneſtheum ajunt hinc cum claſſe in Trojam ſolviſſe: atque ante illum Theſeum, Minoi pœnas daturum, ob Androgei mortem.* Herodotus, lib. VI. Οἱ δὲ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαλήρου, τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε τῶν Ἀθηναίων, ὑπὲρ τούτου ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην. *Barbari, cum Phalerum navibus prætervecti eſſent, (nam id tunc Athenienſium navale erat,) & ſupra eum locum in anchoris ſtetiſſent, in Aſiam receſſerunt.* Ac ſpectacula illic edita ab hipparchis. Xenophon innuit, in Hipparchico. Ἔπειτα, ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ· ἔτι δὲ καὶ τἄλλα, ὅσα ἐπιδεικνύναι δεῖ τῇ πόλει, ὅπως ᾗ δυνατὸν κάλλιστα ἐπιδείξῃ, τά τ' ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ τὰ ἐν Λυκείῳ, καὶ τὰ Φαληροῖ. *Deinde, ut feriis pompas ſpectatu dignas exhibeat: præterea & alia, quæ ſunt urbi exhibenda, quantum poſſit, pulcerrimè exhibeat; cum in Academiâ, tum Lycéo, & Phalero.* Hîc fons Clepſydra oriebatur. Heſychius. Κλεψύδρα, κρήνη, ἥτις τὸ πρότερον Ἐμπεδὼ προσηγορεύετο. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σκεῦος. ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις ἀναπλούσας εἰς τὸν Φαληρέων δῆμον. *Clepſydra, fons; qui antea Empedo dicebatur. ſignificat verò etiam vas. habet autem ſcatebras orientes in Phalereorum populo.* Scironis quoque ibi fanum; ac juxtà heroum monumenta, Nauſithoi, & Phæacis, poſita à Theſeo. Plutarchus in Vitâ Theſei. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ἡρῷα Ναυσιθόου, καὶ Φαίακος, εἱσαμένου Θησέως Φαληροῖ, πρὸς τῷ τοῦ Σκίρωνος ἱερῷ. *Teſtimonium iſtis perhibent monumenta heroum, Nauſithoi, & Phæacis; quæ Phaleri Theſeus poſuit, juxta fanum Scironis.* Cereris etiam templum, & Minervæ τῆς Σκιράδος cognomento; nec longè inde, item Jovis: tum aræ Deorum Ignotorum; & heroum, Theſei filiorum: tum Phaleri, atque Androgei. Pauſanias. Καὶ πρὸς αὐτῷ, (τῷ Φαληρῷ,) Δήμητρος ἱερόν. ἐν ταῦθα καὶ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐστι, καὶ Διὸς ἀπωτέρω. βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ Ἡρώων, καὶ παίδων τῶν Θησέως, καὶ Φαληροῦ. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδρόγεω βωμὸς, τοῦ Μίνω· καλεῖται δὲ, Ἥρωος. *Ad Phalerum eſt ædes*

*Cereris;*

*Cereris; ac Minervæ Sciradis, & Jovis paullò ulterius. aræ quoque deorum, qui Ignoti vocantur; & heroum, Theſeique filiorum: tum Phaleri. eſt verò etiam Androgei ara, Minois filii: vocatur autem, Herois.* Ac Cereris quidem illic templi, iterum in Phocicis meminit: ubi ait, ad ſua uſque tempora, incenſum à Xerxe, ſemiuſtum permanſiſſe. Ἑλλήνων γὰρ τοῖς ἀντιστᾶσι τῷ βαρβάρῳ τὰ κατακαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνιστάναι σφίσιν ἔδοξεν, ἀλλ' ἐς τὸν πάντα ὑπολείπεσθαι χρόνον, τοῦ ἔχθους ὑπομνήματα. καὶ τοῦδε ἕνεκα οἵ τε ἐν τῇ Ἀλιαρτίᾳ ναοὶ, καὶ Ἀθηναίοις τῆς Ἥρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ, καὶ οἱ ἐπὶ Φαληρῷ τῆς Δήμητρος, καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι ἡμίκαυτοι μένουσι. *Græcis, qui Barbaro reſtitiſſent, placuit, incenſa templa non inſtaurare; ſed in omne ævum ſic relinquere, ut odii monumenta eſſent. atque inde eſt, quod noſtro adhuc tempore Haliartiæ templa, & Iunonis apud Athenienſes in viâ Phalericâ, & Phaleri quoque Cereris, ſemiuſta exſtant.* Minervæ τῆς Σκιράδος ædem, dedicavit Scirus vates, Dodonæus, qui Athenas venit, quo tempore bellum Eleuſinii cum Erechtheo gerebant. Pauſanias. Ἐλευσινίοις πολεμοῦσι πρὸς Ἐρεχθέα, ἀνὴρ μάντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, ὄνομα Σκῖρος· ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαληρῷ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Eleuſiniis cum Erechtheo bellum gerentibus, venit vates Dodonâ, Scirus nomine: qui & Sciradis Minervæ antiquum templum Phaleri exſtruxit.* Aras IGNOTORUM DEORUM, memorant varii. Philoſtratus, in vitâ Apollonii, lib. VI. cap. II. Σωφρονέστερον δὲ, τὸ περὶ πάντων θεῶν εὖ λέγειν· καὶ τοῦτο Ἀθήνησιν, οὗ καὶ Ἀγνώστων Δαιμόνων βωμοὶ ἵδρυνται. *Modeſtius eſt, de omnibus diis benè loqui: idque Athenis, ubi etiam Ignotorum Deorum aræ poſitæ.* Quem Philoſtrati locum totum, ſed diſſimulato auctore, uti ſolet, tranſſcripſit Suidas, in Τιμασίων. Alii numero ſingulari ferè memorant. Lucianus, in Philopatri. Νὴ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος ἔμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς. *Per Ignotum, qui Athenis, virgo manſit uſque ad decollationem.* Et mox. Ἡμεῖς δὲ, τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον εὑρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν. *Nos autem, Ignotum illum, qui Athenis, cùm invenerimus, & adoraverimus, gratias ipſi agemus.* Item S. Paulus Apoſtolus, in Oratione ſuâ, Athenis habitâ, apud S. Lucam Euangeliſtam, Act. cap. XVII. Διερχόμενος γὰρ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν εὗρον καὶ βωμὸν,

ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Præteriens enim, & contemplans cultus veſtros, inveni etiam aram, cui inſcriptum erat, Ignoto Deo.* Reſpexit Hieronymus, commentario in Epiſtolam ad Titum, cap. I. *Apud Athenienſes (Apoſtolus Paulus) Ignotum Deum colere ſe dixit, quem illi in ara annotaverant.* Ambroſius, Commentario in Euangelium Lucæ, cap. XVIII. *Athenienſibus Ignotus Deus, in Iudæâ notus, ſed non receptus.* Theophylactus, in citata ex Actis verba, cauſam enarrat. Πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις ποτὲ συνερράγη πρὸς ἐναντίους· εἶτα πράξαντες κακῶς, ἀνεχώρησαν. καὶ ἐπειδὴ παίζειν αὐτοὺς τοῖς δαίμοσιν ἔθος ἦν, τῶν δαιμόνων τις ἐπιφανεὶς, οὐδεπώποτε ἔφη παρ' αὐτῶν τεθεραπεῦσθαι· κἀκεῖνος αὐτοῖς ὀργισθεὶς, τῆς ἥττης ταύτης αἴτιος γεγενῆσθαι· ἐκείνῳ τε οὖν ἀνέστησαν ναόν. καὶ, ὡς φυλαττόμενοι, μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ θεὸν, ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον, ἐπιγράφοντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Bellum quondam Athenienſibus cum hoſte erat, in quo clade acceptâ recesſere. &, quoniam ludos celebrare dæmonibus conſueverant, apparens iis dæmon quidam, nunquam ſe ab ipſis cultum eſſe dicebat: ideoque irâ accenſum, cladis iſtius auctorem fuiſſe. ea propter templum illi exſtruxerunt; &, ne tale quid deinceps fortè admitterent, neve deum quenquam ignotum prætermitterent, aram iſtam poſuerunt, inſcribentes, Deo Ignoto.* Vides cauſam exſtruendæ hujus aræ, infelicem belli exitum. Id exponit Iſidorus Peluſiota; & commemorat, accidiſſe bello Perſico: deinde cauſam alteram addit, magnam peſtem. Ecce verba lib. IV. epiſt. LXIX. Δύο φασὶν αἰτίας εἶναι τοῦ ἐπιγεγράφθαι Ἀθήνησι τῷ βωμῷ, Ἀγνώστῳ Θεῷ. οἱ μὲν γὰρ φασὶν, ὡς Φιλιππίδην ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι Ἡμεροδρόμον πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι· διὸ κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν, ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας αὐτοῦ· βοηθεῖν δὲ ἐπηγγέλλετο. νικήσαντες οὖν, βωμὸν ᾠκοδόμησαν, καὶ ἐπέγραψαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ. ἄλλοι δὲ φασὶν, ὅτι λοιμὸς κατέσκηψεν Ἀθήναζε, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἐξέκαυσεν, ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. τοὺς νομιζομένους οὖν θεοὺς ἑαυτῶν θεραπεύοντες, οὐδὲν ἀπώναντο. ἐννοήσαντες οὖν, ὅτι ἐστὶν ἴσως θεός τις, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραστον, ὁ τὸν λοιμὸν καταπέμψας, ναὸν δειμάμενοι, καὶ βωμὸν, ἐπιγράψαντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ· καὶ θύσαντες, εὐθέως ἐθεραπεύθησαν. *Duas eſſe cauſas aiunt, cur inſcriptum aræ Athenis, Igno-*

*to*

*to Deo. Hi enim dicunt; Philippidem curſorem diurnum Athenienſes miſiſſe Lacedæmonem, ad ſuppetias petendas, quo tempore Perſæ infeſtas copias in Græciam ducerent: cui circa montem Parthenium Pan apparens, Athenienſes, velut eum negligentes, accuſabat quidem; verum tamen auxilium ſe laturum eſſe promittebat. quâ de cauſâ, cùm viciſſent, aram conſtituerunt, & inſcripſerunt, Deo Ignoto. Alii ferunt; peſtem, quæ Athenas corripuiſſet, adeò urbem incendiſſe, ut ne tenuiſſimis quidem ſindonibus abſtineret. cùm itaque deos ſuos, quos arbitrabantur, coluiſſent, nihil tamen adjutos fuiſſe. quâ de cauſâ exiſtimantes eſſe fortè deum aliquem, quem inhonoratum ipſi reliquiſſent, quique peſtem immiſiſſet, templo ſtructo, & arâ, inſcriptâ, Deo Ignoto, cùm ſacrificaſſent etiam, ſtatum ſanatos fuiſſe.* Quæ iiſdem pæne verbis Oecumenius in Acta ad citatum caput XVII. Poſteriorem verò cauſam, nempe peſtem, etiam Diogenes Laërtius memorat, in Epimenide, lib. I. Ubi Βωμοὺς ἀνωνύμους, *Aras ſine nomine*, vocat; & variis locis κατὰ δήμους, *per populos*, poſitas fuiſſe dicit. Γνωσθεὶς δὲ (ὁ Ἐπιμενίδης) παρὰ τοῖς Ἕλλησι, θεοφιλέστατος εἶναι ὑπελήφθη. ὅθεν Ἀθηναίοις, ποτὲ λοιμῷ κατεχομένοις, ἔχρησεν ἡ Πυθία, καθῆραι τὴν πόλιν. οἱ δὲ πέμπουσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου εἰς Κρήτην, καλοῦντες τὸν Ἐπιμενίδην. καὶ ὃς, ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ, ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τοῦτον τὸν τρόπον. Λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον, κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι οἷ βούλοιντο. προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλίναι αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ. καὶ οὕτω λῆξαι τὸ κακόν. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ἐστιν εὑρεῖν κατὰ τοὺς δήμους τῶν Ἀθηναίων ΒΩΜΟΥΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥΣ, ὑπόμνημα τῆς τότε γενομένης ἐξιλάσεως. *Cum innotuiſſet verò (Epimenides) apud Græcos, deo chariſſimus eſſe exiſtimatus eſt. Quam ob rem Athenienſes, cùm eo tempore peſte laborarent, & reſponſum à Pythiæ oraculo accepiſſent, ut urbem luſtrarent, Niciam Nicerati F. cum navi miſerunt in Cretam, qui vocaret Epimenidem. iſque adveniens Olympiade XLVI. & urbem luſtravit, & peſtem ſedavit, in hunc modum. Sumptas oves, nigras pariter candidaſque, in Areopagum duxit, ibique dimiſit, ut quocunque vellent irent; his, qui ſequebantur, mandans, ubi earum unaquæque procubuiſſet, uti ibi deo loci ſacra facerent: ac ſic malum deſiiſſe. ideoque inveniri paſſim per Athenienſium populos* ARAS SINE NOMIME,

*in memoriam facta tunc luſtrationis.* Vides variè narrari. Simpliciſſimè Joannes Chryſoſtomus, in Acta Apoſtolorum, Homiliâ XXXVIII. Οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ κατὰ καιροὺς πολλοὺς ἐδέξαντο θεοὺς καὶ ἀπὸ τῆς ὑπερορίας, οἷον τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, τὸν Πᾶνα, καὶ ἄλλους ἀλλαχόθεν, δεδοικότες, μή ποτε καὶ ἄλλός τις ᾖ, αὐτοῖς μὲν οὐδέπω γνώριμος, θεραπευόμενος δὲ ἀλλαχοῦ, ὑπὲρ πλείονος δῆθεν ἀσφαλείας καὶ τούτῳ βωμὸν ἔστησαν. καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἦν δῆλος ὁ θεὸς, ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Athenienſes; poſtquam tractu temporis multos deos recepiſſent, & in iſtis peregrinos, ut Minervam, Panem, alios; veriti, ne præterea alius quiſpiam eſſet, nondum ipſis cognitus, qui tamen alibi coleretur; huic etiam, in majorem ſecuritatem, aram poſuerunt: cumque incertus deus eſſet, inſcripſerunt, Ignoto Deo.* Vide eundem iterum, De Diverſis novi Teſtamenti locis, Homiliâ XLVIII. Valdè ineptit Paulus Diaconus; qui hanc aram dedicatam ab Athenienſibus ſcribit anno demum Claudiani Imperii ſeptimo, Hiſt. lib. VIII. *Tunc (anno Claudii ſeptimo) apud Athenienſes ſupra ſcripta eſt ara Ignoto Deo.* Plena verò, ut hoc moneam, inſcriptio erat; Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ, καὶ ξένῳ. Oecumenius, ad citatum paullò ante Actorum caput XVII. Ἦν δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφή. Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ, καὶ ξένῳ. *Erat univerſa aræ inſcriptio; Diis Aſiæ, & Europæ, & Africæ, deo ignoto, & peregrino.* Quæ totidem verbis etiam Theophylactus, ad eundem Actorum locum. Hieronymus, Commentario in Epiſtolam ad Titum, cap. I. *Nec mirum, ſi, pro opportunitate temporis, gentilium poëtarum verſibus abutatur; cum etiam, de inſcriptione aræ aliqua commutans, ad Athenienſes loquutus ſit: Pertranſiens enim, inquit, & contemplans culturas veſtras, inveni & aram, in quâ ſuperſcriptum eſt, Ignoto Deo. Quod itaque ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Inſcriptio autem aræ non ita erat, ut Paulus aſſeruit, Ignoto Deo: ſed ita; Diis Aſiæ, & Europæ, & Africæ, Diis ignotis, & peregrinis. Verum, quia Paullus non pluribus diis indigebat ignotis, ſed uno tantùm ignoto deo, ſingulari verbo uſus eſt.* Poſteà verò Athenienſes, Chriſti doctrinam amplexi, ob eam aram totum templum, in quo ea ara erat, Deo Ignoto dedicârunt: quod in hodiernum uſque diem exſtat. Obſervo apud Simeonem Cabaſilani, in Epiſtolâ ad Martinum Cruſium, virum egregiè erudi-

eruditum, ſcriptâ anno cIↃ IↃ LXXVIII: ubi de Athenis noſtris, & earum hodierno ſtatu, agit. Νῦν δὲ τὸ μὲν ἐσώτερον, ὅπερ ἀκρόπολις, ἐν ᾧ καὶ ναὸς τῷ Ἀγνώστῳ Θεῷ, ἅπαν ὑπὸ μόνων Ἰσμαηλιτῶν οἰκούμενον. *Nunc verò interior pars, quæ arx eſt, ubi templum Ignoto Deo, univerſa ab Iſmaëlitis ſolis habitatur.* Et hæc quidem, de Ignoti Dei arâ; ſeu Deorum Ignotorum: uti alii. Androgeon verò, quem herois ſolo nomine cultum hîc Pauſanias tradit, in citatis ſupra verbis, eundem ego eſſe cenſeo, quem & Clemens cultum refert juxta puppim. Verba iſta, in Procreptico. Τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως. *Colitur verò etiam in Phalero heros quidam juxta puppim.* Locus ibidem, Ὠσχοφόριον nuncupatus. Heſychius. Ὠσχοφόριον, τόπος Ἀθήνησι Φαληροῖ. *Oſchophorium, locus Athenis, in Phalero.* Muſæi quoque, Eumolpi filii, monumentum hîc invenio. Diogenes Laërtius, in Proæmio. Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λῖνος. καὶ τὸν μὲν, Εὐμόλπου παῖδά φασι, ποιῆσαι δὲ θεογονίαν, καὶ σφαῖραν πρῶτον· φάναι τε, ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι. τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τοῦτο τὸ ἐλεγεῖον. *Apud Athenienſes fuit Muſæus, apud Thebanos Linus. Et illum quidem, Eumolpi filium dicunt, ac feciſſe Theogoniam, & ſphæram inveniſſe: & dixiſſe, omnia ex uno fieri, & in unum reſolvi. atque hunc Phaleri obiiſſe, eique inſcriptum eſſe iſtud Elegiacum.* Deinde Epigramma ponit, quod ſub Antipatri nomine legitur etiam Anthologiæ lib. III. cap. XXV. in hunc modum.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας
  Μουσαῖον, φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.

*Muſæi, Eumolpo prognati, exſangue cadaver*
  *Iſto ſub tumulo terra Phalera tenet.*

Prædium item Ariſtidis, cum ſepulcro. Plutarchus, in ejus Vitâ. Ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῷ Σωκράτει, χωρίον τε Φαληροῖ φησὶ γινώσκειν, Ἀριστείδου λεγόμενον, ἐν ᾧ τέθαπται. *Demetrius Phalereus, in Vitâ Socratis, prædium ſe Phaleri noſſe commemorat, quod Ariſtidis diceretur, in quo ſepultus eſt.* Ac ſepulcri, meminit iterum i-

dem, in eâdem Vitâ. Καὶ μέντοι καὶ τάφος ἐστὶν αὐτοῦ Φαληροῖ, ὃν φασὶ κατασκευάσαι τὴν πόλιν αὐτῷ. *Et ſepulcrum quidem exſtat in Phalero, quod publice ei exſtructum ferunt.* Etiam palus quædam fuit. Memorat Xenophon, in Oeconomico. Ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγὼ, εἶναι ἡ περὶ τὸν Λυκαβηττὸν, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία· ὑγρὰ δὲ, ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει. *Sicca mihi quidem videtur, inquiebam, quæ circa Lycabettum, & illi ſimilis: humida verò, quæ in palude Phalericâ.* Atque hic fortaſſe eſt, quod emergebant, quæ in Æſculapii fontem, qui in Urbe, injecta erant: ut auctor Plinius, lib. II. cap. CIII. *Quæ in Æſculapii fonte Athenis immerſa ſunt, in Phalerico redduntur.* Aberat autem ab Urbe ſtadiis viginti. Pauſanias, in Arcadicis. Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα. *Athenienſibus quidem ad ſummum viginti ſtadia Phaleri mare abeſt ab Urbe.* Thucydides diſſentit; & triginta quinque ait: vide verba, à me prolata; capite I. Laudatæ autem illic braſſicæ. Heſychius. Φαληρικαὶ ῥάφανοι, ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. *Phalericæ braſſicæ, ab Attica.* Verum mutilum locum cenſeo; & reſtituendam vocem, quæ exciderit. ἀπὸ Φαλήρου τῆς Ἀττικῆς. *A Phalero, Atticæ.* Dicit autem appellatas eſſe braſſicas Phalericas, à Phalero Atticæ: diſcriminis cauſâ, nam & alia ejus nominis loca erant, ut ex Stephano eſt cognoſcere. Etiam apuæ ibi præſtantes, ut & opera figulina. Ariſtophanes, Acharn.

Ἀφύας ἄρ' ἄξεις πριάμενος Φαληρικάς,
Ἢ κέραμον; ———

*Apuaſne abduces, quas emeris, Phalericas;*
*Aut urceum?* ———

Ac de apuis, Athenæus lib. VII. Λυγκεὺς δὲ ὁ Σάμιος, ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν ἐπιστολῇ, ἐπαινῶν τὰς Ῥοδιακὰς ἀφύας, καὶ ἀντιτιθεὶς πολλὰ τῶν Ἀθήνησι γιγνομένων πρὸς τὰ ἐν τῇ Ῥόδῳ, φησίν. Ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις, τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας. *Lynceus Samius, in Epiſtolâ ad Diagoram, laudans apuas Rhodiacas; & multa, quæ Rhodi naſcuntur, opponens iis quæ Athenis; Phalericis, inquit, apuis, eas quæ Æniatides vocantur.* Pollux, lib. VI. cap. XV. Παρὰ δὲ

τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμων, γογγύλαι ἐκ Μαντινείας, Μηθυμναῖοι κτένες, γαλεὸς ἐκ Ῥόδου, ψῆτται ἐξ ἐλευσῖνος, ἀφύαι Φαληρικαί. *Apud veteres verò celebrabantur, rapa è Mantinéa, pectines Methymnæi, muſtelli Rhodii, paſſeres Eleuſinii, apuæ Phalericæ.* Meminit earum etiam Ariſtoteles, Hiſt. Anim. lib. VI. cap. XV. Nempe magnitudine alias ſuperabant. Scholiaſtes Ariſtophanis, Equitibus. Ἀφύας Φαληρικὰς, τὰς μεγάλας. *Apuas Phalericàs, magnas.* Glauciſcus quoque illic piſcis laudabatur. Athenæus, loco proximè citato. Ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις, τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας· τῷ δὲ γλαυκίσκῳ, τὸν ἔλλοπα, καὶ τὸν ὄρφον, ἀντιπαραπιθεῖσα. *Apuis Phalericis, ea quæ Æniatides vocantur: glauciſco vero, ellopem, & orphum, comparans.* Etiam gobius. Athenæus, ex Antiphanis Timone, lib. VII. Ἀντιφάνης δ' ἐν Τίμωνι, ἐπαινῶν τοὺς κωβιοὺς, καὶ ὁπόθεν εἰσὶ κάλλιστοι, δηλοῖ διὰ τούτων.

Ἡμῖν γὰρ τοῖς θνητοῖς ἐπριάμην κωβιούς.
Ὡς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσα τὸν τοιχωρύχον
Τὸν ἰχθυοπώλην, προστίθημι, φησί, σοι
Τὸν δῆμον αὐτῶν, εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί.

*Antiphanes verò in Timone, gobios laudans, unde optimi advehantur, indicat iſtis verbis:*

*Nobis verò mortalibus emi gobios.*
*Utque adjicere juſſi parietum perfoſſorem,*
*Qui piſces vendebat; ecce, inquit addo tibi*
*Populum ipſorum, ſunt enim Phalerici.*

# CAPUT XI.

Κωλιὰς, *promontorium, & littus; item Veneris* τῆς Κωλιάδος *fanum: ubi Panis, Cererisque. Nomen unde,* Γενετυλλίδες. *Tabulæ navium Perſicarum, in pugnâ Salaminiâ fractarum, hîc ejectæ. Vaſa etiam figulina ibi loci totâ Atticâ præſtantiſſima, minioque tingi ſolita.*

AD Phalerum, promontorium, & littus erat, Κωλιὰς dictum: ubi templum quoque Veneris, τῆς Κωλιάδος cognomento. Stephanus. Κωλιὰς ἄκρα· ἤτοι Φαληρεῖ ἀκτή. ὅπου καὶ Ἀφροδίτη Κωλιάς. *Colias, promontorium; ſive littus, Phaleri: ubi etiam Venus Colias.* Pauſanias quidem, proximè poſt Phalerum memorat, ſed viginti tamen ſtadiis inde abfuiſſe ait. Ἀπέχει δὲ (τοῦ Φαληροῦ) καὶ σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. *Abeſt verò (Phalero) promontorium Colias viginti ſtadiis.* Strabo juxta Anaphlyſtum ponit, lib. IX. Περὶ δὲ Ἀνάφλυστόν ἐστι καὶ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν. *Juxta Anaphlyſtum eſt Panis quoque fanum, & Veneris Coliadis.* Et ex eo Euſtathius, Iliad. β'. Ἀνάφλυστος δὲ Κωλιάδος Ἀφροδίτης εἶχεν ἱερόν. *Anaphlyſtus verò habebat fanum Veneris Coliadis.* De cauſâ nominis, ita Scholiaſtes Ariſtophanis, Nubibus. Οἱ μὲν Κωλιάδα τὴν θεὸν καλοῦσι, νεανίου Ἀττικοῦ ἀποδράντος ἀπὸ λῃστῶν, συμμαχίᾳ τῆς θεοῦ, καὶ οὕτως αὐτὴν ὀνομάσαντος, καθάπερ αὐτὸς δεθεὶς τῶν κώλων ἀπελύθη ὑπὸ γυναικός. οἱ δὲ, θυγατρὸς τοῦ ἀρχιλῃστοῦ δι' ἔρωτα. οἱ δὲ, τόπον ἐοικότα κώλοις ἀνδρὸς, ἔνθα ἡ θεὸς τιμᾶται. ἔνιοι δὲ, Ἴωνος θύοντος, κόρακα ἁρπάσαι κωλῆν, καὶ ἐν ἐκείνῳ τόπῳ ἀποθέσθαι. *Sunt qui Coliadem deam vocent, quod adoleſcens Atticus, cum latrones effugiſſet, ope deæ, ita ipſam nuncupaſſet, qui vinctus membris, quæ* κῶλα *dicuntur, à muliere ſolutus eſſet; vel, ut alii volunt, à filiâ primarii latronis, amore ejus captâ. Alii, quod ſimilis ſit locus membris viri, ubi dea colitur. nonnulli verò, quod, ſacra faciente Ione, corvus*

*cum abripuiſſet anteriorem victimæ partem, quæ κωλῆ nominatur, eo loco depoſuerit.* Videndus quoque Suidas, in Κωλιάς: & Etymologici Auctor, in Κωλιάδος Ἀφροδίτης. De Veneris autem illic fano, præter alios, Harpocration. ἐπιθαλασσία ἄκρα Ἀττικὴ ἐστιν ἡ Κωλιὰς, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κώλου ὠνομασμένη. ἔστι δὲ αὐτόθι Ἀφροδίτης ἱερόν. *Maritimum promontorium Atticum eſt Colias, ex tranſlatione à membro, quod* κῶλον *dicitur, appellatum. Eſt autem illic templum Veneris.* Præter Veneris autem templum, etiam Panis illic erat: uti clarum è Strabone, in citatis ſtatim verbis. Etiam Cereris: ut Heſychius nos docet, iſtis verbis. Ἀφροδίτης ἐπὶ Κωλιάδος ἐστὶν ἱερὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὁ δὲ τόπος λέγεται Κωλιὰς, ἐπεὶ ἐγκείμενός ἐστιν ὅμοιος ἀνθρώπων κώλῳ. ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν αὐτόθι πολύστυλον. *In Coliade templum eſt Veneris in Atticâ. Locus verò Colias dicitur; quia ſitu membrum hominum, quod* κῶλον *vocant, refert. Eſt autem & Cereris illic fanum, multis columnis ſubſtructum.* Et obſervare eſt apud Plutarchum, in Solone. Πλεύσας ἐπὶ Κωλιάδα μετὰ τοῦ Πεισιστράτου, καὶ καταλαβὼν αὐτόθι πάσας τὰς γυναῖκας, τῇ Δήμητρι τὴν πάτριον θυσίαν ἐπιτελούσας, ἔπεμψεν ἄνδρα πιστὸν εἰς τὴν Σαλαμῖνα, προσποιούμενον αὐτόμολον εἶναι. *Cum ad Coliadem adnavigaſſet cum Piſiſtrato, mulieresque illic omnes, ritu patrio ſacra Cereri facientes comprehendiſſet, virum fidum miſit Salamina, qui ſe transfugam ſimularet.* Item apud Polyænum, lib. I. Σόλων ἔπλευσεν ἐπὶ Κωλιάδος, ἔνθα αἱ γυναῖκες Δήμητρι ἑορτὴν ἐτέλουν. *Solon applicuit ad Coliadem, ubi mulieres Cereri feſtum peragebant.* Erant etiam dearum τῶν Γενετυλλίδων ſimulacra. Pauſanias. Κωλιάδος δ' ἐστὶν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. *Eſt hîc Veneris Coliadis ſimulacrum; & dearum, quæ vacantur Genetyllides.* Inde conjungit Ariſtophanes, Nubibus.

Δαπάνης, λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.

*Sumptus, crapulæ, Coliadis, Genetyllidis.*

Et Lucianus, in Amoribus. Ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας. *Ex quibus quorundam ne ipſa quidem nomina ſciunt miſeri, Coliadas, ſi fors,*

*ferat*, *&* *Genetyllidas*. Ac meminit τῶν Γενετυλλίδων iterum Comicus, in Theſmophoria celebrantibus.

Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες.

*Quam ſuavis cantilena eſt, veneranda Genetyllides.*

Suidas. Γενετυλλὶς, δαίμων περὶ τὴν Ἀφροδίτην, γενέσεως αἴτιος· ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παίδων ὠνομασμένος. οἱ δὲ, περὶ τὴν Ἄρτεμιν φασι, τὴν τῶν τοκετῶν ἔφορον. *Genetyllis, genius eſt in Veneris comitatu, generationis auctor: à puerorum generatione dictus. Alii Dianæ comitem faciunt, partuum inſpectorem.* Ac τῆς Κωλιάδος ſimpliciter mentionem facit Demoſthenes, Orat. in Neæram. Καὶ ἥκων ἐκ Δελφῶν, εἱστίασε τὰ ἐπινίκια ἐπὶ Κωλιάδι. *Et, Delphis adveniens, epulum victoriale exhibebat in Coliade.* Et mox. Χιωνίδης Ξυπεταιὼν, Εὐθετίων Κυδαθηναιεὺς, μαρτυροῦσι κληθῆναι ὑπὸ Χαβρίου ἐπὶ δεῖπνον, ὅτε τὰ ἐπινίκια εἱστία Χαβρίας τῆς νίκης τοῦ ἅρματος· καὶ εἱστιᾶσθαι ἐπὶ Κωλιάδι. *Chionides Xypeteenſis, Euthetion Cydathenaenſis, teſtatur ſe vocatos fuiſſe ad cœnam; cum victoriæ curru partæ cauſâ epulum præberet Chabrias: atque exceptos in Coliade.* Hic verò ejectæ navium Perſicarum tabulæ, quæ confractæ in pugnâ ad Salaminem. Pauſanias. Ἐς ταύτην, (τὴν Κωλιάδα,) φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τῶν Μήδων, κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. *Ad hanc (Coliadem) deletâ Medorum claſſe, fragmenta navium fluctus appulit.* Strabo, lib. IX. Εἰς ὃν τόπον (de Coliade loquitur,) ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγια φασί. *In quem locum ejectas fluctibus ajunt ultimas naufragii tabulas, quod Perſæ navali ad Salaminem pugnâ fecerunt.* Herodotus, de hâc ipſâ re, lib. VII. Τῶν δὲ ναυαγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ Ζέφυρος ἄνεμος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠιόνα, τὴν καλεομένην Κωλιάδα. *Multas verò naufragii tabulas ventus Zephyrus exceptas in Coliadem, Atticæ littus, detulit.* Fiebant autem vaſa illic figulina præſtantiſſima. Inde eſt, quod ait Plutarchus, lib. De Audit. Ὅμοιός ἐστι μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον. *Similis eſt ei, qui antidotum bibere nolit, niſi è vaſe in Coliade Atticæ ficto.* Athenæus, lib. XI. Κυάθῳ μὲν οὖν οὐδὲν ἐχρῶντο τότε,

οὐδὲ

οὐδὲ κοτύλῃ· κρατῆρα γὰρ ἵστασαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργυροῦν, οὐδὲ λιθοκόλ-λητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς. *Neque cyatho tunc quicquam utebantur, neque cotylâ; ſed craterem ſtatuebant diis, non argenteum, nec gemmatum, verum è Coliadis terrâ.* Atque hæc minio tingi ſolita. Suidas, in Κωλιάδος κεραμῆες. Ὅσαι πρὸς σκευοπλασίαν ἐπιτήδειαι, πασῶν ἡ Κωλιὰς κρείσσων· ὥστε καὶ βάπτεσθαι ὑπὸ τῆς μίλτου. *Quotquot ad vaſa figulina facienda terræ aptæ ſunt, omnes antecellit Colias: ita ut etiam minio tingatur.* Atque hæc habui, quæ ad præſens inſtitutum mihi pertinere viſa. Tu, mi Lector, utere, ac fruere: & ſi meruiſſe putas, gratiam habe.

# FINIS.

# RERUM MEMORABILIUM INDEX.

*In quo Numerus deſignat*

## CAPITA.


*ÆGina, lema Piraei.* 8
Ἀγορανόμοι *quot in urbe, ac Piraeo.* 5
*Androgei ira.* 10
*Antigonus cani Athenas comparabat, Munychiam millo.* 9
Ἀφροδίσιον, *unus Piraei portuum.* 3
*Apuæ Phalericæ, cæteris præſtabant.* 10
*Arceſilaus pinxit Leoſthenem, & ejus liberos.* 7
Ἀρισοβέλη *Diana, ejuſque fanum.* 4
*Armamentarium, Philonis opus.* 3

B.

*BAlneum in Piraeo.* 6
*Bendideum.* 9

C.

KἌνθαρος, *portus.* 3
Καταιβάτης *Demetrius; ejuſque ara, ſive fanum.* 7
*Cereris templum, à Sciro dedicatum.* 10. *aliud.* 11
*Certamen, in honorem Neptuni, à Lycurgo inſtitutum: & victorum illic præmia.* 2
*Cimon muri longi fundamenta jacit.* 2. *ejus ſepulcrum.* 4
*Clepſydra fons, ubi ortus.* 10
Κωλιὰς, *promontorium, ac littus.* 11. *Venus ejuſque fanum. ibid.*
*Columna, in quâ decretum, de Leuconis immunitate.* 6
*Conon muros Piraei inſtaurat.* 2. *Veneris fanum condit.* 3
*Cribrum Piræi, Seſtus.* 8
Κτήσιος *Jupiter, ubi cultus.* 7


Δεῖγμα,

## D.

Δεῖγμα, *locus in Piræeo.* 5

Demetrius, Καταιβάτης: *ejuſque ara, ſive fanum.* 7

*Demoſthenes Piræeum foſsâ geminâ munit.* 2

*Deorum Ignotorum aræ.* 10. *quâ occaſione poſitæ.* ibid.

*Diana* Ἀρισοβούλη. 4. Μουνυχία. 9

*Diopithis lex; ne quis, in Urbe habitans, in Piræeo pernoctaret.* 6

*Diverſoria nauclerorum.* 3

## E.

Ἠπώνεια, *chela quædam Piræei.* 3

*Embarus votum eludit, & Dianæ Munychiæ templum condit.* 9

Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου, *quinam dicti, & quot numero.* 5

*Epimenidis de Munychiâ vaticinium.* 9

## F.

*Figulina vaſa ubi præſtantiſsima, & minio tincta.* 11

*Fons in Piræeo nullus, uſque ad belli Peloponneſiaci tempora.* 8

*Fons Clepſydra, ubi ortus.* 10

*Forum in Piræeo duplex.* 5. *Hippodaméum.* ibid.

*Foſſa circum Piræeum gemina, à Demoſthene ducta.* 2

## G.

*Geladas ſtatuarius, & ejus opus.* 4

Γενετυλλίδες *deæ.* 11

*Glauciſſi Phalerici, cæteris præſtantiores.* 10

*Gobii Phalerici, cæteris præſtantiores.* 10

## H.

*Hercules cum Melite Nymphâ ubi conſueverit.* 4. *pomis cultus, unde* Μήλων *appellatus.* ibid. *idem quoque* Ἀλεξίκακος. ibid. *myſteriis minoribus ubinam initiatus.* ibid.

*Herodoti ſepulcrum.* 4

*Heros incertus, juxta puppim cultus.* 10

*Hipparchi ubi ſpectacula ediderint.* 10

*Hippodaméum forum.* 5

*Hippodamus architectus murum longum ſtruit.* 5. *item forum in Piræeo.* ibid.

## I.

*Jupiter, ejuſque ſimulacrum.* 4. Σωτὴρ, *ejuſque templum, & ara.* 7. Κτήσιος. ibid.

L.

LEma Piraei, Ægina: aut Pſyttalia. 8
Leocharis opus. 4
Leoſthenes, ejuſque liberi, ubi picti: & à quo. 7
Leucon immunitate donatus; & eâ de re decretum factum, in columnâ promulgatum. 6
Lex Diopithis, ne quiſquam Athenienſis in Piraeo pernoctaret. 6
Luciferæ ara. 9
Lycurgus certamen inſtituit, in Neptuni honorem, item præmium victoris. 6
Lyſander præfectos Piraeo imponit. 5

M.

MΑκρὰ στοά. 4
Μακρὰ τείχη. 2
Melanippi fanum. 4
Μελίτη, populus. 4
Melite Nympha ubi cum Hercule conſueverit. 4
Μελίτιδες πύλαι. 4
Μήλων Hercules; ubi cultus, & quomodo. 4. unde dictus. ibid.
Μετρονόμοι, quot in Urbe, & Piraeo. 5
Minervæ ſimulacrum. 7
Minio ubi tincta vaſa figulina. 7
Μουνυχία Diana, ejuſque fanum. 9
Munychia, Piraeo conjuncta: & munita à Thraſybulo. 9. millo comparata ab Antigono. ibid. Solonis de eâ, aut Epimenidis, vaticinium. ibid.
Munychus heros. 9
Muri circa Piraeum quot. 2
Murus longus. 2. ejus fundamenta à quo jacta: & quis porrò exſtruxerit. ibid. altitudo, latitudo, & ſtructura. ibid. à Lyſandro deſtruitur, & à Conone inſtauratur. ibid.
Muſæi monumentum. 11

N.

NAvale urbis. 10
Nauclerorum diverſoria. 3
Navium Perſicarum tabulæ poſt pugnam Salaminiam ubi ejectæ. 11
Nauſithei herois monumentum. 10
Neptuni ſimulacrum. 5. certamen, in ejus honorem actum. 6. quæ victorum illic præmia: item à quo inſtituta. ibid.

O.

OChra uſta, Piraei incendio inventa. 8
Ὠχοφόελον. 10

P.

PAlus Phalerica. 10
Panis templum, quâ occaſione ſtructum. 11

Pericles muro longo colophonem imponit. 2
Perſicarum navium tabulæ poſt pugnam Salaminiam ejectæ. 11
Phalerus heros, ejuſque ara. 10. portus. ibid.
in Phalerico reddebantur, quæ in Æſculapii fontem injecta eſſent. 10
Phocionis domus. 4
Φρεαττύς. 6
Piræeus, olim inſula. 1. unde dictus. ibid. quàm longè ab urbe abfuerit. ibid.
Piræeus quàm longè abſuerit à Phalero. 1. muro longo urbi junctus. 2
Piræei portus triplex. 3. claudi aliquando cæptus. ibid. à Syllâ incenſus. ibid.
Populi Athenienſis ſtatua. 4
Porticus variæ. 4
Præfecti Piræei decem, à Lyſandro impoſiti. 5
Præſidium in Piræeo poni ſolitum. 5
Proverbium, Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. 5
Pſyttalia, lema Piræei dicta. 8

S.

SAcella aliquot deorum, in porticibus quibuſdam. 3
Σκίλη urbis, quæ. 2
Σκιρὰς Minerva, ejuſque templum. 10
Scironis fanum. 10
Scirus heros. 10. dedicat Minervæ τῆς Σκιράδος fanum. ibid.
Σηράγγιον, balneum. 6
Seſtus, cribrum Piræei. 8
Silphium quomodo præparari ad conſervationem ſolitum. 8
Σιτοφύλακες qui, & quot. 5
Solonis de Munychiâ vaticinium. 9
Σωτὴρ Jupiter, ejuſque templum. 7
Spectacula ubi ab hipparchis edita. 10
Spina regia in muro longo naſci ſolita. 2
Sulla incendit armamentarium, & navale. 3. maximam partem Piræei. 8

T.

THeatra ubi. 6. 9
Themiſtocles murum longum exſtruit. 2. navalia Phalero Piræeum transfert. 3. Veneris τῆς Ἀπάρχου fanum condit. ibid. ejus monumentum ubi. ibid. item domus. ibid. Dianæ τῆς Ἀριστοβούλης templum ſtruit. ibid.
Theſeus, in Cretam proficiſcens, unde ſolverit. 10. aræ ejus filiis poſitæ. ibid.
Thraſybulus Munychiam munit. 9
Thucydidis ſepulcrum. 4
Tragædorum domus. 4

V.

VAſa figulina ubi præſtantiſſima. 11

FINIS.

# INDEX
# AUCTORUM,

## *Qui hîc citantur.*


ÆSchines.
Ambroſius.
Andocides.
Anonymus in Deſcriptione Olympiadum.
Anthologia Epigrammatum.
Antipater.
Antiphon.
Appianus.
Apſines.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arrianus.
Athenæus.

BEda.

CIcero.
Clemens.
Columella.
Cornelius Nepos.

DEmoſthenes.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dion Caſſius.
Dion Chyſoſtomus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Donatus.

ETymologici Auctor.
Euſebius.
Euſtathius.

FFlorus.

HArpocration.
Herodotus.
Heſychius.
Hieronymus.

IOannes Chryſoſtomus.
Joannes Tzetzes.
Iſæus.
Iſidorus Peluſiota.
Iſocrates.
Juſtinus.

LIvius.
Lucas Euangeliſta.
Lucianus.
Lyſias.


Mar-

MArcellinus.
OEcumenius.
Oroſius.

PAulus Diaconus.
Pauſanias, paſſim.
Philoſtratus.
Plinius.
Plutarchus.
Pollux.
Polyænus.
Porphyrius.
Propertius.

SCholiaſtes Ariſtophanis.
Scholiaſtes Callimachi.
Scholiaſtes Hermogenis.
Scylax.
Simeon Cabaſilas
Smaragdus.
Sopater.
Statius.
Stephanus.
Strabo.
Suidas.

TErentius.
Theophraſtus.
Theophylactus.
Thucydides.

VEllejus.
Virgilius.

XEnophon.

FINIS.

# INDEX AUCTORUM,

*Qui hîc*

## Illuſtrar tur, emendantur, aut errare oſtenduntur.

*In quo Numerus deſignat*

CAPITA.

Dion Chryſoſtomus. 1.
Harpocration 3.
Heſychius. 3. 10.
Joannes Tzetzes. 4.
Plinius. 1.
Plutarchus. 2. 3. 4.
Polyænus. 5.
Schol. Ariſtophanis. 1. 3.
Suidas. 4. 5. 10.

FINIS.

# Ἑ'ΛΛΑΔΙΟΥ ΒΗΣΑΝΤΙΝΟΟΥ

Χ Ρ Η Σ Τ Ο Μ Α Θ Ε Ι Α Ι.

# HELLADII BESANTINOI

## *CHRESTOMATHIÆ*

*Cum notis.*

JOANNIS MEURSI

U L T R A J E C T I,

Apud GUILJELMUM vande WATER, Bibliop. Anno cIↄ Iↄc LXXXVI.

# ἙΛΛΑΔΙΟΥ — HELLADII

## Βησαντινοῦ Χρηστομαθεῖαι — *Beſantinoí Chreſtomathiæ.*

ΑΝεγνώσθη ἐκ τῆς Ἑλλαδίου Βησαντινοῦ ἐπιγραφομένης πραγματείας χρηστομαθειῶν α΄ β΄ γ΄ δ΄.

Ὅτι φλυαρεῖ καὶ τοῦτον τὸν Μωσῆν ἄλφα καλεῖσθαι, διότι ἀλφοῖς τὸ σῶμα κατάστικτος ἦν· καὶ καλεῖ τοῦ ψεύδους τὸν Φίλωνα μάρτυρα.

Ὅτι Διονύσιός φησι μὴ λέγειν τοὺς ἀττικιστὰς ὠνησάμην, ἀλλ᾽ ἀντ᾽ αὐτοῦ τὸ, ἐπριάμην· καὶ τοί γε ὠνεῖσθαι, καὶ ὠνήσατο, καὶ ὠνούμενος, καὶ τὰ ἄλλα λέγοντας.

Ὅτι καλὸς καὶ ἀγαθὸς οἱ ἀττικοὶ λέγοντες, ἀγαθὸς καὶ καλὸς οὐ λέγουσι· καὶ τοι λέγοντες ἀγαθὴ τύχη λέγουσι καὶ τύχη ἀγαθή.

Ὅτι ὑπὸ μάλης λέγουσι συντιθέντες, αὐτὴν δὲ καθ᾽ ἑαυτὴν μά-

LEgi ex Helladio Beſantinoo Librum Chreſtomathiæ primum, ſecundum, tertium, quartum.

Nugatur Moſem ἄλφα vocare, quod corpus habuerit ἀλφοῖς, id eſt, vitiligine diſtinctum, & ad mendacium Philonem teſtem adhibet.

Dionyſius dicit, Atticos non dicere ὠνησάμην *emi*, ſed ejus loco ἐπριάμην, etſi ὠνεῖσθαι & ὠνήσατο & ὠνούμενος & alia id genus in uſu ſint.

Καλὸς & ἀγαθὸς Attici dicunt, ſed non ἀγαθὸς καὶ καλὸς: quanquam ἀγαθὴ τύχη dicant, & τύχη ἀγαθή.

Dicunt Auctores ὑπὸ μάλης, *ſub maxilla*: μάλην verò abſolutè

λῶν οὐ λέγουσι· καὶ κιθάραν λέγοντες, λέγουσι καὶ κιθαριστήν· λύραν δὲ λέγοντες, λυριστὴν οὐ λέγουσιν.

Ὅτι τοῦτο μὲν φησι οὐχὶ μαγνῖτιν, ἀλλ' ἡρακλείαν καλεῖσθαι τὸν λίθον, ἥτις ἕλκει τὰ σιδήρια· πολλοὶ δὲ ἄλλοι τὴν αὐτὴν καλεῖσθαι καὶ μαγνῖτιν, καὶ ἡράκλειαν λέγουσιν, ἀποδιδόντες καὶ τὰς αἰτίας τῆς διαφόρου ὀνομασίας. λέγει δὲ καὶ ὡς ὁ Γαληνὸς τὴν ἤλεκτρον φησὶν ἕλκειν τὰ κηρύβια.

Ὅτι τοῦ μὲν ἀνδρὸς τὸν ἀδελφὸν αἱ γυναῖκες δαέρα καλοῦσι· τὴν δὲ ἀδελφὴν οὐκέτι δάειραν, ἀλλὰ γάλον, καθὼς καὶ Ὅμηρός φησι.

Εἰδομένη γαλόῳ Ἀντηνορίδαο δάμαρτι.

Καὶ θεῖον μὲν ὀνομάζουσι τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφόν· οὐκέτι δὲ τὸ θῆλυ, ἀλλὰ τηθίδα. καὶ πάππον μὲν φασι τὸν πατέρα τοῦ πατρός· μάμμην δ' οὐκέτι τὴν τοῦ πατρὸς μητέρα, ἀλλὰ τηθήν. μάμμας δὲ οἱ παλαιοὶ τὰς αὐτῶν μητέρας καλεῖν εἰώθεσαν.

Ὅτι Δίδυμος περὶ παροιμιῶν δεκατρία βιβλία συντέταχε, [καὶ] πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν συντεταχότας ἐπιγράψας αὐτά.

Ὅτι τὰς νῦν λεγομένας κουρίδας οἱ ἀττικοὶ κομμωτρίας ἐκάλουν. εὕρηται δὲ παρὰ Μενάνδρῳ καὶ τὸ, κουρίδα.

Ὅτι ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος, Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς

non uſurpant : *κιθάραν* dicunt & *κιθαριστήν*, ſed dicunt *λύραν*, non item *λυριστήν*.

Dicit, lapidem, qui ferrum trahat, non *μαγνῖτιν*, magnetem, ſed *ἡρακλείαν λίθον* vocari, multi verò alii dicunt & *μαγνῖτιν* & *ἡρακλείαν* vocari reddentes variæ appellationis cauſas. Dicit Galenus Electrum ad ſe trahere putamina fabarum.

Mariti fratrem mulieres *δαέρα* vocant, ſororem vero non item *δάειραν*, ſed *γάλον*, unde & Homerus ait :

*Εἰδομένη γαλόῳ Ἀντηνορίδαο δάμαρτι.*

Et *θεῖον* vocant patris fratrem, non ſic verò *θείαν* ſororem, ſed *τηθίδα*. Et *πάππον* dicunt patrem patris, *μάμμην* non item matris matrem, ſed *τηθήν*. Antiqui verò matres ſuas *μάμμας* vocare ſolent.

Didymus decem Libros Proverbiorum compoſuit, & Proverbiorum Scriptoribus hæc nuncupavit.

Quæ nunc vocantur *κουρίδες*, vocant *κομμωτρίας*, quanquam Menander etiam *κουρίδα* dixerit.

